COMPENDIUM HISTORIÆ

GRAVAMINUM

DE

SUBDITORUM RELIGIONIS

EXERCITIO PUBLICO

EORUMQUE

CONSCIENTIÆ LIBERTATE.

ET

HORUMGRAVAMINUM

COMPOSITIONE.

Kurtzer Auszug der Geschichten

Von

Vergleichung

Der

Beschwärden

wegen den

Religions = EXERCITIUM

deren Unterthanen

und derselben

Gewissens = Freyheit.

SECTIO I.

Relatio de Transactione Pacis Religiosæ anno 1555, Augustæ Vindelicorum conclusæ, de *Tolerantia* Exercitii Religionis Augustanæ Confessionis, & de libertate conscientiæ subditorum; & de his, quæ post conclusam hanc pacem circa Exercitium Augustanæ Confessionis usque ad annum 1575. proposita fuerunt.

CAPUT I.

De Pacificatione Pacis Religiosæ anno 1555.

I.

Quid est publicum Religionis Exercitium?

Est publicus Dei cultus illi Religioni conformis, quam quis profitetur; Qui cultus in publicis conventibus, in Ecclesiis, concionando, cantando, præscriptas hujus Religionis Ceremonias adhibendo peragitur, & ad quem populus campanæ Pulsu convocatur &c. II.

Erste Abtheilung.

Geschichte, was bey der anno 1555. zu Augspurg gepflogenen Religions-Friedens-Handlung wegen den offentlichen Religions-Exercitium der Augspurgischen Confeßion, und wegen deren Unterthanen Gewissens-Freyheit ꝛc. bis auf 1575. vorgegangen.

Erstes Capitl.

Von denen Handlungen des Religions-Friedens zu Augspurg anno 1555.

I.

Was ist das offentliche Religions-Exercitium?

Es ist eine offentliche Ausübung der Religion, zu dero man sich bekennt, und zwar in offentlichen Zusammkünften, in denen Kirchen, mit Predigen, und andern solcher Religion eigenen Ceremonien, mit Singen, Geläut, und Music.

II.

Quid eſt libertas conſcientiæ, ſeu autonomia?

Per autonomiam, ſeu libertatem conſcientiæ ſubditorum hîc nil aliud intelligitur, niſi tolerantia ſubditorum, qui à Domini ſui Religione aliam profitentur, quin Dominus territorialis hos ſubditos ad emigrandum è terris ſuis cogère valeat.

III.

Undenam gravamina de ſubditorum Religionis Publico Exercitio, & de illorum libertate conſcientiæ, exorta ſunt?

Ante ſchisma per Lutheri dogmata in Religione factum, ſola Catholica Religio in Imperio Romano jus Exercitii Publici habebat. Omnes contra hanc Religionem exorientes hæreſes tunc proſcriptæ fuerunt. Ad Exercitium Publicum hujus Religionis Catholicæ, tam Status Imperii, quàm illorum ſubditi jus continuum & quietum poſſidebant; Hæc enim Sola OMNIBUS, Poſtquam Deus lumen fidei Imperii Populis donaverat, per leges quoque Imperii præſcri-

II.

Was ist die Gewissens-Freyheit Autonomia? oder das privatum Exercitium?

Es wurde bey diesen Handlungen durch die Gewissens-Freyheit nichts anders verstanden, als die Gedultung deren Unterthanen in einen Land, welche mit ihrem Catholischen Lands-Fürsten, oder Reichs-Stand nicht einerley Religion hatten; daß nemlich die Catholische Reichs-Stände solche Unterthanen in dem Land, (jedoch nicht mit dem offentlichen, sondern nur mit den Privat-Exercitio) in ihren Häusern gedulten, und sie zum Auszug nicht zwingen möchten;

III.

Woher haben die hinnach entstandene Streitigkeiten wegen des offentlichen und Privat-Religions-Exercitium deren Unterthanen, ihren Anfang genommen?

Vor der, durch Lutherum, gemachten Religions-Spaltung hatte nur die Catholische Religion allein im Römischen Reich das Recht, offentlich geübet zu werden. Alle Neuerungen in der alten Religion waren von denen Catholischen Kaysern verbotten. Zu der Catholischen Religion, und dero offentlichen Ausübung hatten alle Reichs-Stände, und alle deren Unterthanen das Recht im Reich

ſcripta fuit. Nullus, neque Imperator, nec Imperii Status Catholici de Religione, ejusque Exercitio, ſine Eccleſiæ nutu quidquam diſponendi libertatem ſibi tribuebant.

Sciſſione autem per Lutherum facta, nova ejus dogmata plures Imperii Status amplexi ſunt, novum Religionis novæ Exercitium in ſuis territoriis introducentes, Eccleſiaſticis, aliisve, qui novam Religionem amplecti nolebant, expulſis. Bona quoque plurima Eccleſiaſtica ab his Proteſtantibus Principibus occupata & quoad Exercitium Religionis reformata fuerunt.

Plures ſubditi in territoriis Eccleſiaſticorum Imperii Statuum novæ Religionis Exercitium ſuo nutu introduxerunt. Quidam ex his Eccleſiaſticis Statibus aut vires id prohibendi non habebant, aut indulgentia brevi ſuos ſubditos iterum reduci poſſe judicabant.

Imperator, aliique Catholici Imperii Status novæ Lutheri doctrinæ ſeſe opponebant, antiquæ, & ſolius Catholicæ Religionis jus in Imperiô hactenus obtentum ſtrenuè propugnantes.

Inde

längstens erlangt. Kein Reichs-Stand liesse sich einfallen, daß er vermög der Landes-Herrlichen Obrigkeit mit der Religion ohne Rucksicht auf die Kirch disponiren könnte.

Nachdeme aber Luther seine bishero unbekannte Lehre geprediget, sind derselben gleich mehrere Reichs-Stände gefolget, die solche in ihren Landen eingeführet, die Geistliche Güter, unter den Vorwand einer nöthigen Reforme, eingezohen, und denen Unterthanen das Exercitium dieser neuen Religions-Lehr verordnet haben. Die Geistliche, welche in solchen Landen dieser Fürsten, zu Luthers Lehre sich nicht bequemen wolten, wurden von dem Protestantischen Lands-Herrn ausgejagt, und viele geistliche Güter von denselben eingezohen.

Mehrere Unterthanen unter etlich-Geistlichen Fürsten haben auch nach einiger Zeit der angefangenen Spaltung die neue Lehr Lutheri angenohmen, und das Religions-Exercitium davon eingeführt. Solche Geistliche Reichs-Stände könnten aus Mangel der Kräften dasselbe nicht verhindern; einige gedulteten solches, in Hoffnung, daß die Unterthanen durch güttliche Weeg sich wieder zur Wahrheit wurden leiten lassen.

Der Kayser, und die Catholische widersetzten sich der neuen Lehr, und behaupteten das Recht für die im Römischen Reich bishero allein herrschenden Catholischen Religion.

Inde Bella; Imperatore *Æniponto* fugâ elapso, Passavii anno 1552 tractatus Pacis incæpti, Augustæ Vindelicorum anno 1555. finiti fuerunt. Pax ista vocatur *Pax Religiosa.*

IV.

Cur Pax ista *Religiosa* vocatur?

Non ideo, quòd Imperator ac Catholici Status OMNIBUS pro nutu novam Doctrinam amplectendi libertatem fecerint,, aut Augustanam Confessionem probaverint; sed, quòd Imperator aliique Catholici Status, Augustanæ Confessioni jam tum addictis Statibus Imperii, promiserint, sese illos ob hujus Confessionis professionem, novíque Exercitii in ipsorum territoriis ordinationem minimè oppugnaturos aut molestaturos esse. §. *Atque ut ea Pax &c.*

Status quoque Augustanæ Confessioni jam addicti, Imperatori, & Catholicis Statibus seu Ecclesiasticis seu Secularibus id ipsum promiserunt §. *Vicissim Augustanæ Confessioni adhærentes Status &c.*

Im-

Es kame zu einen Krieg. Der Kayser muste kümmerlich von Inspruck fliehen; und endlich kame es anno 1552. zu Passau zu einen Vertrag, welcher anno 1555. zu Augspurg vollends beschlossen worden. Dieser zu Augspurg verglichene Frieden wird der Religions-Frieden genennt.

IV.

Warum wird dieser Fried der Religions-Fried benambst?

Nicht darum; als hätte Carolus V, oder sein Herr Bruder König Ferdinandus dessen Vicarius mit den andern Catholischen Churfürsten, und Reichs-Ständen einem jeden erlaubt, die Augspurgische Confeßion anzunehmen, oder diese gebilliget; sondern der Kayser, und Catholische Reichs-Stände haben den damahligen Protestantischen Reichs-Fürsten versprochen, Selbe wegen der neuen Lehre nicht mehr zu bekriegen, oder sie in Anordnung deren Kirchen-Ceremonien zu verhindern, bis gleichwohlen eine güttliche Einigkeit erfolgen würde. §. Und damit solcher Friede ꝛc.

Dargegen haben die der Augspurgischen Confeßion verwandte Stände, dem Römischen Kayser, dem König Ferdinand, und allen sowohl Geist- als Weltlichen Reichs-Ständen ein gleiches versprochen. §. Dargegen sollen die Stände ꝛc.

Imperator itaque, cùm Augustanæ Confessionis Exercitium haud amplius impedire posset, Statibus novæ huic Religioni jam addictis promisit, sese Exercitium hujus Religionis *toleraturum;* unde Religio ista Augustanæ Confessionis *Tolerata in Imperio Religio*, vocatur, quòd antea nullum ibi jus habuisset, noviter primùm inducta, antea omnibus incognita. Sola enim, Antiqua, Catholica Religio OMNIBUS præscripta jus Exercitii sui ibi obtinuit. Hæc igitur Catholica, *tolerata in Imperio Religio* dici nequit; utique omnibus pridem præscripta, & in possessione juris Exercitii sui Religiosi quietissima.

V.

Quid igitur à transigentibus PacemReligiosam, de Publico *subditorum* Exercitio, eorumque libertate conscientiæ tunc transactum fuit?

SOLIS IMPERII STATIBUS tunc novæ Religioni jam addictis hujus Exercitii publici *tolerantia* ab Imperatore & Statibus Catholicis promissa fuit, minime autem subditis, qui quoad Exer-

citi-

Es wurde also vom Kayser, welcher es nicht mehr verhindern könnte, denen Protestantischen Reichs-Ständen das neue Religions-Exercitium gedultet. Dahero wird diese neue Religio *Tolerata* genennt; indeme sie zuvor in Römischen Reich, und überall noch unbekannt, mithin gar kein Recht darin hergebracht hätte. Die alte Religion aber (die Catholische,) welche allzeit und allein im Römischen Reich vorgeschriben ware, und vollkommenes Recht hatte, kan kein Religio *Tolerata* genannt werden; dann selbe hatte allein das uralte Recht im ganzen Römischen Reich.

V.

Was ist dann bey der Vergleichung dieses Friedens von dem offentlichen Religions-Exercitio deren Protestantischen Unterthanen, und derenselben Gewissens-Freyheit beschlossen worden?

Der Kayser und die Catholische Reichs-Stände versprachen nur denen damahligen Protestantischen Reichs-Ständen Augustanæ Confessionis, daß sie denenselben wegen Anordnung des neuen Religions-Exercitii in ihren Territoriis keinen Einhalt machen wolten. Diese Reichs-Stände bekammen also vom Kayser und denen Catholischen Reichs-Ständen das neue Recht *Tolerandæ Religionis* Augustanæ Confessionis in Imperio, wie sie solches in ihren Territoriis würck-

citium Religionis à ſuis territorialibus Dominis dependebant; Proteſtantes enim Imperii Status pro nutu ſuo ſubditorum Exercitia antiquæ Religionis reformabant. Subditi iſti antea JUS habebant ad Exercitium Religionis Catholicæ per totum Imperium legibus præſcriptæ. Quidam ſubditi proprio motu novam amplexi ſunt Religionem; Plurimi verò Diſpoſitioni Principum ſuorum ſeſe ſubmittere compulſi, aut ejecti, & emigrare juſſi fuerant. Nulla proin in tractatibus Pacis Religioſæ *de ſubditorum Publico Exercitio tolerando* transactio habita fuit.

Multo minus de Exercitio Religionis Publico ſubditorum, qui Catholicis Imperii Statibus ſubjecti erant, tunc aliqua transactio fuit. In hæreditariis Imperatoris provinciis nullum tunc erat adverſæ Religionis Exercitium, neque in territoriis Catholicorum *Secularium* Statuum Imperii. In quibusdam autem *Eccleſiaſticorum Imperii Statuum* territoriis, ab ipſis ſubditis novum Exercitium introductum fuit, quod Status iſti Eccleſiaſtici ob defectum potentiæ impedire

non

lich schon angefangen hatten. Die Unterthanen dieser Protestantischen Lands-Fürsten bekamen aber kein Recht; dann sie dependirten von ihren Protestantischen Lands-Herren, welche das neue Religions-Exercitium nach ihren Willen denen Unterthanen vorgeschrieben. Diese Unterthanen aber hatten zuvor das Recht zur alten Religion, dero sie auch zugethan waren; einige aber hatten die neue Religion von sich selbst angenommen, die noch gar kein Recht im Römischen Reich gehabt. Andere haben auf Verordnung ihres Protestantischen Lands-Herrn solche annehmen, oder aus dem Land ziehen müssen. Es ware also keine Handlung von den offentlichen Religions-Exercitio deren Protestantischen Landen.

Noch viel weniger wurde bey diesen Tractaten von einem Exercitio publico deren Protestantischen Unterthanen unter denen Catholischen Reichs-Ständen eine Meldung gemacht. In denen Kayserlichen Erb-Landen und Königreichen waren damahl noch keine Protestantische Unterthanen. Die Weltlich-Catholische Reichs-Stände gedulteten in ihren Territoriis auch keine solche neue Exercitia Religionis. Aber unter etlich Geistlichen Fürsten hatten einige Gemeinden, und Landsassen das neue Religions-Exercitium schon angefangen, welches diese Geistliche Fürsten, theils stillschweigend gedultet, in

Hof-

non poterant; Quidam verò exerrantes has oves Mansuetudine & indulgentia quadam brevi reducendas fore judicabant.

VI.

Nullâ de *Subditorum* Religionis Publico Exercitio per hos Pacis Religiosæ tractatus facta transactione, quî gravamen contra Catholicos Status moveri postea potuit, quòd hi contra Religiosæ Pacis legem, Publicum Exercitium suis subditis indulgere nolint?

In tractatibus Pacis Religiosæ omnino nihil de *Subditorum* Exercitio publico actum est. Id solum Protestantes proponebant, ut subditi Catholicorum Statuum in horum territoriis, (*absque Publico tamen novæ Religionis Exercitio & Ceremoniarum Religiosarum* usu,) tolerarentur, (a) ita mentem suam exponebant 5. Septembris 1555.

De causa & fundamento horum gravaminum postea redibit sermo.

Pro-

(a) Lehman de Pace Religiosa lib. 1. pag. m. 37. col. 1.

Hoffnung, durch Sanftmuth, nach der Zeit ihre Unterthanen wieder zur wahren Religion bringen zu können; theils, hatten Sie die erforderliche Kräfften nicht solche Neuerungen abzustellen.

VI.

Wenn bey diesen Friedens-Tractaten von dem offentlichen Religions-Exercitio deren Unterthanen nichts gemeldet worden; aus was für Grund haben sich dann die Herren Protestanten hinnach beschwähren därfen, daß **wider** den Religions-Frieden denen Unterthanen das Religions-Exercitium publicum von denen Catholischen Ständen nicht wolte geduldet werden?

Es ist bey den Friedens-Tractaten von diesem nichts behandlet worden; die der Augspurgischen Confeßion zugethane Stände verlangten nur, daß die Catholische Reichs-Stände ihren Protestantischen Unterthanen in ihren eigenen Territoriis [so sie ruhig und friedlich leben, und sich der offentlichen Ubung ihres Glaubens, und Kirchen-Ceremonien enthalten,] williglich gedulten möchten. Also erkläreten sie sich am 5. Sept. 1555. (a)

Von der Ursach und Grunde dieser Beschwärden wird erst hinnach in der Geschicht von anno 1575. Meldung geschehen.

Die

(a) Lehmann de Pace Religiosa lib. 1. pag. m. 37. col. 1.

Proteſtantes initio tractatuum horum petierunt, ut *Nobilitati*, *Anſeaticis*, *aliisque Civitatibus* Exercitium Auguſtanæ Confeſſionis liberum indulgeretur. Rex autem Ferdinandus id negavit, declarans: quod Nobiles Mediati, & Civitates, Landſaſſii contra Electorum, Principum, Statuum Imperii ordinationem, quibus hi eſſent ſubjecti, protegi non deberent; aut pro iis contra voluntatem Dominorum aliquid petere non oporteret „ (b)

Libera autem *imperii Nobilitas* ſoli Imperatori ſubjecta, Statibus Imperii (inter quos ſolos hæc Pax tranſigebatur „) annumeranda haud eſſet &c.

Nec Proteſtantes de horum *Mediatorum Nobilium*, *& Civitatum* Exercitio Religionis quidquam amplius movebant. Hinc in inſtrumento Pacis de ſola Imperii Nobilitate, & de Civitatibus *Imperialibus* quædam mentio „ Nulla autem de *Mediatis*, *Landſaſſiis*, *Civitatibus*, Imperii Statibus ſubjectis transactio habita fuit.

Ex

(b) Lehman. pag. 33. col. 2.

Die Herren Protestanten haben bey diesen Friedens-Handlungen wegen den Exercitium publicum Religionis Augustanæ Confessionis Mediatorum nur von einigen etwas vorgebracht, nemlich, daß die von der Ritterschaft, an See- und andere Stådt allermassen wie andere Stånde, um mehrer Friedens wegen, auch mit begriffen, und bey der Augspurgischen Confeßion, welche sie schon würcklich angenohmen, gelassen möchten werden. Allein König Ferdinand liesse solches nicht geschehen; massen die Ritterschaft, die Landsassen vom Adel, (so Churfürsten, Fürsten und andern Stånden mit der Landsesserey zugehörig,) wider ihre ordentliche Lands-Fürsten und Obrigkeitennicht gestärckt, noch vertheidigt sollen werden. (b)

Die freye Ritterschaft hingegen wåre dem Kayser allein unterworffen, und könnte bey diesen Tractaten mit denen Reichs-Stånden keine Gleichheit pråtendiren.

Die Herren Protestanten stunden auch von diesem ihren Vortrag ab, und meldeten nichts mehr darvon. Es ist auch in dem Religions-Friedens-Instrument von denen Landsassen und Unterthanen deren Reichs-Stånden gar nichts zu finden, sondern nur von der Reichs-Ritterschaft, und denen Reichs-Stådten in gewisser Maaß vom König Ferdinando etwas verwilliget worden.

B Aus

(b) Lehmann pag. 33. col. 2.

Ex his facile de Declarationis Ferdinandinæ veritate judicium ferri poteſt; an ſcilicet Rex iſte Eccleſiaſticorum Statuum ſubditis, publicum Religionis adverſæ Exercitium adhuc indulſerit, poſtquam ille hanc Proteſtantium (de Nobilitatis & Civitatum Exercitio Auguſtanæ Confeſſionis) petitionem rejecit; ipſique ab iſta dein abſtraxerunt, *approbantes* conceptum Inſtrumenti Pacis, qui ipſis communicatus fuit. (c) Neque ullum de *Mediatis Nobilibus* in Inſtrumento Pacis Relig. verbum legitur. Soli Imperii Nobilitati Imperator quædam in dulſit. §. *In Eadem pace libera Nobilitas.*

Neque Civitatibus, quæ Electoribus & aliis Imperii Principibus ſubjacent, Exercitium aliquod indultum fuit. Solis Civitatibus liberis, & Imperii, Exercitium novæ Religionis tunc jam introductum quadam tamen reſtrictione toleratum fuit. §. *Quia verò in multis liberis & Imperii civitatibus*

Quid

(c) Lehmann. pag. 48.

Aus diesen Hergang kan der Schluß gar leicht gemacht werden, ob König Ferdinandus am Ende der Tractaten dannoch das vorgebliche *Decretum* ertheilt solle haben, kraft dessen die Landsassen, und Städte unter Geistlichen Chur- und Fürsten bey den Augspurgischen Confeßions-Exercitium solten gelassen werden; Indeme die Herren protestirende Stände diesem gemachten Vortrag, und der abschlägigen Antwort Königs Ferdinandi, sich unterworffen, und wider das Concept des Religions-Friedens in diesen Puncten gar nichts mehr eingewendet, sondern sich solches gefallen lassen; (c) auch nur von der freyen Ritterschaft, welche ohne Mittel dem Kayser unterworffen ist, nicht aber von der andern Ritterschaft und Landsassen, in dem Friedens Instrument, etwas zu lesen ist. §. Und in solchem Frieden 2c.

Gleiche Beschaffenheit hat es mit denen Städten, welche Churfürsten, Fürsten oder denen Ständen des heiligen Reichs unterworffen. Diese wurden ebenfalls der Ritterschaft eines Lands-Fürsten gleich gehalten, und König Ferdinandus gestattete keines Weegs, daß diese wider ihrer Catholischen Landes-Obrigkeit willen, bey der Augspurgischen Confeßion solten gelassen werden. Denen

(c) Lehmann pag. 48.

VII.

Quid verò de libertate conſcientiæ ſubditorum, ſeu de autonomia hâc *pacificatione Religioſa* transactum fuit?

Proteſtantes initio tractatum pro OMNIBUS utriusque Partis ſubditis libertatem Religionis poſtulabant, quæ ſtatim rejecta fuit. (d) Rex Ferdinandus declaravit: Se potius omnes Pacis tractatus abrupturum, quàm huic poſtulationi conſenſurum. (e) In fine tandem ſubditis, qui diverſam à Domino ſequerentur Religionem, *Emigratio* indulta fuit, ut libere emigrare, nec à Domino inviti detineri poſſent.

NB. Quidam Imperii Status hos ſubditos, qui ob Religionem emigrare antea volebant, invitos detinebânt, nec abire permittebant, ne unà cum ſubditis pinquioris fortunæ, eorum quoque pecuniæ à provinciis horum Principum & Statuum exportarentur. Hinc tale Emigrationis *beneficium* in favorem ſubdito-

(d) Burgkard Autonomia pag. 75. 117. 118. 355. Edit. 2

(e) Ibidem pag. 355.

nen Freyen und Reichs-Städten hingegen gestattete Ferdinandus mit gewisser Beschränckung das damahls hergebrachte Exercitium Religionis adversæ. §. Nachdeme aber in vielen Frey- und Reichs-Städten 2c.

VII.

Es ist doch bey diesen Friedens-Handlungen von der Autonomia, oder Gewissens-Freyheit deren Unterthanen (ohne offentlichen Exercitio) etwas verglichen worden. In weme bestunde dieser Vergleich?

Die Herren Protestanten begehrten anfangs: [doch sollen alle Unterthanen beyder Theil Religion ihres Gewissens und Bekanntnuß halben, von ihren Obrigkeiten frey gelassen werden.] (d) Dieses Begehren wurde aber rund abgeschlagen. Ja König Ferdinand erklärte, daß er ehender alle Tractaten zerschlagen, als ein solches Begehren willigen wurde. (e) Am Ende ist aber so viel verglichen worden, daß die Unterthanen, welche sich wegen der Religion, der Anordnung ihres Lands-Herrn nicht unterwerffen wolten, den freyen Abzug geniessen, und ihre Güter zu verkauffen die Freyheit haben solten. §. Es soll auch kein Stand 2c.

NB. Vor dieser Friedens-Handlung wolten einige Landes-Herren ihren Unterthanen den freyen Abzug aus dem Land nicht gestatten, damit die Wohlhabende das Geld nicht aus-

(d) Burgkard Autonomia pag. 75. 117. 118. 355. edit. 2dæ. (e) Burgkard ibig. pag. 355

ditorum transactum fuit, ne inviti detineri possent.

De Emigratione *voluntaria*, (quam tamen Domini præcipere haud possent, sed in sola subditorum voluntate liberrima staret,) anno 1575. primùm mota lis fuerat; annis enim 1556. 1557, quibûs *Ferdinandus Rex* adhuc vivebat, & sensum transactionis Pacis Religiosæ optime perspectum habebat, nil de emigratione, quæ in sola subditorum libertate staret, auditum fuit.

CAPUT II.

Relatio, de Gravaminibus circa subditorum Autonomiam post conclusam Pacem Religiosam propositis, usque ad annum 1575.

I.

Quænam gravamina post conclusam Pacem Religiosam, in Comitiis Imperii de Publico subditorum Exercitio

ser denselben mit fortnehmen könnten, dahero denen Unterthanen zu Gunst dieses Beneficium des freyen Abzugs bey diesen Tractaten verglichen worden.

Von deren Unterthanen Emigratione *Voluntaria* haben erst nach mehreren verflossenen Jahren, nemlich anno 1575. die gegenseitige Rathgeber, das Friedens-Instrument zu verdrehen angefangen; dann anno 1556. 1557. hat kein Mensch an eine solche *Voluntariam Emigrationem* gedacht; es wuste auch der noch lebende König, und bald darauf regierende Kayser Ferdinandus, (welcher zuvor in Nahmen Caroli V. Römischen Kaysers bey diesen Friedens-Tractaten vorgestanden,) nur gar zu wohl, wie solcher Abzug deren Unterthanen bewilliget worden. Dahero mit denen, dem noch lebenden Kayser Ferdinando, übergebenen Beschwerden keine Verdrehung platz finden könnte.

Zweytes Capitl.

Geschichte von denen Religions-Beschwerden, nach den geschlossenen Religions-Frieden, die Autonomiam deren Unterthanen betreffend bis 1575.

I.

Was für Beschwerden wurden nach den anno 1555. geschlossenen Frieden wegen deren Unterthanen ihren Exercitium pub-

tio, & illorum libertate conſcientiæ propoſita fuerunt?

In Comitiis Imperii 1556. & 1557 (de quibus Lehmann nulla acta exhibet) nullum gravamen de ſubditorum *Publico Exercitio* auditum, aut propoſitum fuit. Franciſcus Burgkard (in libro *Autonomia* inſcripto) enarrat & exponit gravamen Proteſtantium contra *Reſervatum Eccleſiaſticum*: nempe, quòd Princeps Eccleſiaſticus ad novam Religionem tranſiens beneficio Eccleſiaſtico, quod prius tenebat, privandus eſſet. (f)

In Comitiis Imperii anno 1559. Proteſtantes *Ferdinando* tunc adhuc viventi, varia offerebant gravamina; inter alia iſtud, quòd Catholici Status ipſos à Reformatione bonorum Eccleſiaſticorum, quæ in territoriis Proteſtantium ſita eſſent, prohiberent; cùm tamen Pace Religioſa transactum fuiſſet, ne STATUS IMPERII impedirentur; alii autem *Mediati Status* in his territoriis, ſub jurisdictione territoriali poſiti nullam Religionis libertatem per pacem Religioſam obtinuiſſent (g) quæ utique IMME-

DIA-

(f) Pag. 18. 22. (g) Lehmann. pag. 80. col. 2.

licum, oder wegen ihrer Gewissens-Freyheit auf den Reichs-Tägen vorgebracht?

Auf dem Reichs-Tag 1556. und 1557. (von welchen Lehmann gar keine Acta vorzeiget) ist kein Beschwärde der Protestanten wider die Catholische wegen den offentlichen Religions-Exercitium deren Unterthanen vorgekommen. Franciscus Burgkard in seinem Buch (Autonomia, oder Freystellung (f)) erzehlet die damahls vorgebrachte Beschwärde deren Herren Confeßionisten wegen das Reservatum Ecclesiasticum, daß nemlich, wenn ein Geistlicher Stand zur Augspurgischen Confeßion übertritt, derselbe seines Beneficii verlurstigt seye.

Auf dem Reichs-Tag 1559. überbrachten die Protestirende dem noch lebenden Ferdinando verschiedene Religions-Gravamina. Sie gründeten sich in dem Religions-Frieden; daß sie als Reichs-Stände auch die in ihren Fürstlichen Landen immediate entlegene Stüfft und Clöster reformiren und das Religions-Exercitium abändern könnten; weilen sie Regierende Lands-Herren wären, und nur denen **Reichs-Ständen** nicht aber denen andern **Ständen** die Religions-Freyheit gestattet worden; (g) massen der Religions-Fried *immediate* auf die Reichs-Stände gestellt, mit der besondern Erklärung, daß

(f) Burgkard pag. 18. 19. 22.

(g) Lehmann pag. 80. col. 2.

DIATE INTER STATUS IMPERII transacta esset, cum expressa declaratione: [quòd alii Status *mediati*, Landsassii, Electoribus, Principibus, etiam Secularibus Statibus subjecti, horum Religionem sequi deberent.] (h) Tale gravamen, ex hoc fundamento, anno 1559. offerebant Protestantes.

Incognita igitur tunc Protestantibus erat *Declaratio* Ferdinandi, tunc adhuc viventis, vi cujus Domini Territoriales Ecclesiastici suorum subditorum *novum* Religionis Exercitium reformare non possent; cùm tamen Status territoriales Protestantes in suis territoriis, antiquissimum Ecclesiasticorum, & Religionis Catholicæ Exercitium, ipsaque bona Ecclesiastica reformandi libertatem NB. vi PACIS RELIGIOSÆ sibi competere jactarent.

Necdum asserebant: *emigrationem in solius subditi Potestate liberrima positam esse*; sed subditis per pacem Religiosam beneficium emigrandi concessum fuisse, nec illorum bona detineri posse ajebant; gravamen igitur ipsorum istud propositum

(h) Lehman. pag. 82. col. 2.

der Chur- und Fürsten, auch anderer Weltlichen Herrschaften und Obrigkeiten unterworffen und hintergesessene Land-Stände denen Reichs-Ständen in der Religion nachfolgen. (h)

Sie wusten also nichts von einer Declaratione des noch lebenden Ferdinandi Königs, und Kaysers, daß die hintergesessene Land-Stände der Geistlichen Chur- und Fürsten das hergebrachte freye Religions-Exercitium beybehalten dörften; sondern sie selbsten reformirten das von denen Geistlichen in ihren (deren Protestantischen Reichs-Stände eigenen Landen) längstens hergebrachte Catholische Religions-Exercitium.

Sie behaupteten nicht, daß denen Unterthanen frey stehen müsse, ob sie mit ihrer Gewissens-Freyheit ausziehen, oder im Land verbleiben wolten? sondern sie sagten: wie in dem Religions-Frieden ausdrucklich versehen, daß solchen Unterthanen ein freyer Zug und Abzug gestattet, auch ihr Haab und Güter gefolget werden sollen: Sie beschwerten sich also: (i) [Das in etlichen Orten dieselbe härtiglich an Leib und Gut gestraft, verjagt, vertrieben, ihrer Güter entsetzt, und beraubet werden, dardurch endlichen sie mit ihren Weib und Kindern in das Elend gerathen müssen.]

Sie

(h) Lehmann pag. 82. col. 2.
(i) Lehmann pag. 81. col. 2.

ſitum fuit *Ferdinando* : [quòd ſubditi in quibusdam locis in corpore & bonis ſeverè puniti, expulſi, bonîs ſuis privati, & ſic cum uxore & liberis miſeri redditi fuerint. (i)

Petebant, ut in *Condominiis*, in quibus ſuæ Religionis introducendæ libertatem ſibi competere aſſerebant, Miniſtri *etiam novi Prædicantes* excommunibus Parochiæ & Eccleſiæ redditibus unà cum Miniſtris Catholicis ſuſtentarentur. (k) Quis ſanæ mentis ſibi jam perſuadeat, Paciſcentes Pacem Weſtphalicam poſtea ſtatuiſſe, ne Condominus ad Catholicam Religionem poſthac tranſiturus Religionis ſuæ Exercitium ſimultaneum introducendi libertatem habeat?

II.

Quænam gravamina in Comitiis Imperii anno 1566. à Proteſtantibus proponebantur?

Ferdinando I. qui Caroli V. Imperatoris authoritate tractatibus Pacis Religioſæ præerat, anno 1564. defuncto, ſucceſſit Maximilianus II. Radices interea

(i) Lehmann pag. 81. col. 2.
(k) Lehmann pag. 81. col. 1.

Sie behaupteten, daß sie in den Gemeinschaftlichen Orten als Condomini ihre Religion auch einzuführen berechtiget wären, und die angestellte Ministeria sowohl deren Catholischen Pfarrern als deren Prädicanten von den gemeinen Pfarr- und Kirchen-Gefällen utrinque bestellet und erhalten werden sollen. (k) Die Vernunft kan sich also nimmermehr bereden lassen, daß hinnach die Paciscentes utriusque Religionis bey dem Westphälischen Frieden beschlossen hätten, wenn einer aus denen Gemeinschaftlichen Mitherren zur Catholischen Religion übertritt, daß derselbe sein Religions-Exercitium einzuführen nicht befugt seyn solle.

II.

Was für Beschwerden sind auf dem Reichs-Tag anno 1566. vorgekommen?

Kayser Ferdinandus I. (welcher als Caroli V. Vicarius und Römischer König denen Friedens-Handlungen zu Augspurg anno 1555. präsidirte,) ist anno 1564. mit Tod abgangen, deme Maximilianus II. als Kayser gefolget. Unterdessen haben sich die Reformirte im teutschen Reich ausgebreitet. Der Churfürst in der Pfalz bekennete sich zu dieser Religion. Der Religions-Frieden wurde immer mehr und mehr verdrehet. Ferdinandus I. welcher

(k) Lehmann pag. 81. col. 1.

terea in Imperio etiam egit Religio *Reformatorum*, quam Elector Palatinus profitebatur. Pax Religiosa (defuncto Ferdinando, qui verum illius sensum perspectissimum habebat,) jamjam in alienum sensum trahebatur.

Status Augustanæ Confessioni addicti longam, non absque calumniis, erga Catholicam Religionem, Maximiliano obtulerunt scripturam. (l)

Nullum inter hæc extradita gravamina de Publico subditorum Exercitio gravamen legitur. Nulla mentio de Declaratione Ferdinandi uspiam audita fuit.

Status Protestantici libertatem reformandi in suis territoriis propugnabant, neque istam Catholicis Statibus negabant.

Inter alia tamen hujus scripturæ gravamina hoc anno jam tale proponebant: [quòd quidam subditi Catholicorum Statuum una cum uxore & liberis non tantum inviti emigrare cogerentur, sed carceribus mancipati, in corpore & bonis puniti, hæreditatibus privati, jurare compulsi fuerint, sese nun-

(l) Lehmann pag. 90.

welcher den wahren Verstand des Religions-Friedens wuste, ware todt.

Die Augspurgische Confeßions-Verwandte überreichten Maximiliano II. anno 1566 eine lange, und der Catholischen Religion Ehr-verletzliche Beschwerd-Schrift. (l)

Unter allen diesen Beschwerden findet sich keine wegen den offentlichen privilegirten Exercitium Religionis einiger Unterthanen. Man hörete noch nichts von einer Ferdinandischen Declaration des Religions-Friedens.

Dieser wurde aber beständig bestättiget, niemahlen aber an eine von Ferdinando I. vorgeblich gemachten Declaration über solchen Frieden gedacht. Die Protestantische Reichs-Stände behaupteten in ihren Territoriis die Freyheit, daß Religions-Exercitium ihrer Unterthanen zu verordnen. Sie widersprachen denen Catholischen Reichs-Ständen diese Freyheit auch nicht.

Nebst andern Beschwerden, übergaben sie diese: daß einige deren Catholischen Reichs-Ständen Unterthanen mit Weib und Kind wegen der Augspurgischen Confeßion, wider ihren Willen nicht nur ins Elend ziehen müsten, sondern auch mit Gefängnuß und anderweg an Leib und Güttern beschweret, auch zu Verschwöhrung des Lands oder Orts getrungen, und der Erbschaft beraubet werden, da doch (ihren Vorgeben nach) in der Unterthanen

Macht

(l) Lehmann pag. 90.

nunquam in has provincias reverſuros; Cùm tamen (uti modò, defuncto jam Ferdinandô ajebant) Pace Religioſa ſubditorum liberrimæ voluntati permiſſum eſſet, ſi emigrare, aut manere vellent? nec Dominus eos ad emigrandum cogere poſſet. Hinc Imperatorem Maximilianum rogabant, ut declarationem talem Religioſæ Pacis inſtrumento inſereret: [Ne ullus Status erga ſuos ſubditis ita immittem & durum ſe exhiberet; ſed, *ſi emigrare ſubditi deberent*, terminus congruus & comodum tempus ad venditionem bonorum, (ſi vellent) præfigeretur „ ſecuritas & ſalvus conductus eis daretur; nec tanta infamia notarentur, ut ob Religionem ſuam expulſi, *jurare* cogerentur, ſeſe nunquam in talem provinciam eſſe redituros. (m)

Itaque ſenſim, (poſtquam Ferdinandus Imperator defunctus erat,) Emigrationem in *ſola* ſubditorum voluntate poſitam eſſe dicere non erubeſcebant; nondum tamen id cum pertinacia aſſerebant; dicebant enim, *ut ſaltem comodum tempus præfigeretur*, ſi tales ſubditi EMIGRARE DEBERENT. Ca-

(m) Lehmann pag. 100 col. 2.

Macht und Willkühr stehen soll abzuziehen, und ihre Güter zu behalten, oder zu bleiben. Sie bitteten also den Kayser dem Religions-Frieden einzuverleiben, [daß hinführo kein Stand des Reichs seine Unterthanen, wenn sie zur Augspurgischen Confeßion und Glauben tretten, dermassen betrüben, und verfolgen, sondern, wann **ihre aus derselben Herrschaft ziehen müssen**, ihnen genugsame Zeit, Raum, und Platz zu Verkauffung und Veräusserung ihrer Güter, wofern sie solches zu thun bedacht, auch freye Sicherheit und Geleit zu Verrichtung soches Werck zulassen, und solche Augspurgische Confeßions-Verwandten mit einer solchen Infamie nicht beschwerd werden, daß sie darum ihrer vorigen Herrschaft Gebiet verschwöhren, und sich derselben enthalten müsten.] (m)

Die Herren Augspurgischer Confeßions-Verwandte Stände fiengen also schon an, den Abzug der Unterthanen, und den Verkauff ihrer Güter in deren Willkühr zu sezen. Doch sagten sie in dieser Beschwerde: **Wenn selbe aus der Herrschaft ziehen müssen** &c. Sie behaupteten also noch nicht ernstlich, daß kraft des Religions-Friedens die Reichs-Stände denen Unterthanen den Abzug dero Willkuhr überlassen müßten.

C Die

(m) Lehmann pag. 100. col. 2.

Catholici ad hæc respondebant: Verba Pacis Religiosæ esse clarissima „ emigrationem minimè in sola subditorum voluntate positam esse. (n)

III.

An tunc temporis Nullus è Catholicis Imperii Statibus Publicum subditorum Religionis Exercitium reformavit?

Nullus ex secularibus Catholicis Imperii statibus exercitium adversæ Religionis publicum tunc indulserat. Pauci Religioni Catholicæ ex secularibus Statibus tunc amplius addicti fuerant. Fervebat adhuc in Austria, & Bavaria Religionis Catholicæ Studium. Nullum in *his* terris Publicum adversæ Religionis Excitium subditis toleratum fuit. Ferdinandus anno 1559, die 13. Junii Electionis Cæsareæ publicè professus est: [Sese adjuvante Divina gratia, quæcunque etiam adversa sibi essent obventura, ad Mortem usque Catholicæ Religioni adhæsurum.] (o)

In

(n) Lehman. pag. 111. col. 1.
(o) Burgkardus libr. Autonomia, pag. m. 38. editionis II.

Die Catholische Stände antworteten in ihrer Schrift auf die Beschwerde also: [Wir lassen es des Abzugs halber bey dem ausdrucklichen Buchstaben und desselbigen Verstand, aber nicht bey den fürgebildeten jeden ungestandenen Unverstand der Willkühr bewenden.] (n)

III.

Hat sich damahl noch kein Casus anbegeben, daß ein Catholischer Reichs-Stand das offentliche Religions-Exercitium seiner Protestantischen Unterthanen abgeändert hätte?

Unter denen Weltlich-Catholischen Reichs-Fürsten ware damahls kein offentliches Exercitium Religionis deren Unterthanen in ihren Landen anzutreffen. Es waren auch die wenigste Weltliche Fürsten damahls Catholisch. **Oesterreich, Bayrn,** waren noch eifrig Catholisch, und wurde in solchen Landen kein solches Exercitium denen Unterthanen gestattet. Ferdinandus I. Römischer Kayser erklärte sich auf den Reichs-Tag anno 1559. am 13. Junii als einen eifrigen Catholischen, und: [daß Seine Majestät auf vorgehende Gnad GOttes ihres theils, unangesehen, ob und was derselben für Widerwärtigkeiten darob zustehen möchten, bey dieser Religion bis in ihre Grube verharren wolten.] (o)

 In

(n) Lehmann pag. 111. col. 1. (o) Burgkard Autonomia oder Freystellung pag. 38. editionis 2dæ.

In quibusdam autem Ecclesiasticorum Statuum territoriis subditi novum Religionis novæ Exercitium proprio motu agebant.

Mortuo Philiberto Marchione Baaden-Baadensi, qui Augustanæ Confessioni deditus erat, ejusdem Successor Catholicus subditorum Exercitium Publicum reformavit, quod illi unà cum Marchione suo antea peragebant.

In quibusdam Civitatibus Imperii Magistratus Catholicus cives diversæ Religionis etiam non tolerabat. (p)

Quidam Ecclesiastici Imperii Status, *Moguntinus* Elector,, *Fuldensis* Princeps & Abbas in suis territoriis, in Eychsfeld, & in Fuldensi ditione Exercitium Landsassiorum &c. reformabant, idque faciebant jam ante annum

1575.

SE-

(p) Lehmann pag. 120. &c. col. 1. &c.

In etlicher Geistlicher Reichs-Fürsten-Territoriis aber befindeten sich schon dergleichen Exercitia publica der neuen Religion.

Nachdeme Philibertus Marggraf zu Baaden, welcher der Augspurgischen Confeßion zugethan ware, mit Tod abgegangen, reformirte dessen Nachfolger, Catholischer Religion, daß offentliche Religions-Exercitium deren Unterthanen, welches sie zuvor mit ihren Protestantischen Lands-Fürsten ausgeübet.

In einigen Reichs-Städten gedultete der Catholische Magistrat die zu der Augspurgischen Confeßion sich bekennende Bürger auch nicht. (p)

Etlich Geistliche Reichs-Fürsten Chur-Maynz, Fulden ꝛc. machten einige Abänderung des Exercitii publici einiger Unterthanen, und Landsassen, auf dem Eychsfeld, und im Fuldischen ꝛc. Dieses geschahe schon eine geraume Zeit vor anno 1575.

(p) Lehmann pag. 120. col. 1.

SECTIO II.

Relatio eorum, quæ ab anno 1575. usque ad tempora Pacificationis Westphalicæ de hoc negotio gesta fuerunt.

CAPUT I.

Quid anno 1575. & anno 1576. in Comitiis Imperii de negotio Publici subditorum Exercitii, eorumque libertate conscientiæ gestum sit.

I.

An Protestantes in his Comitiis contra hanc Ecclesiasticorum Statuum reformationem Publici Exercitii subditorum „ & contra civium quorumdam è Civitatibus Imperialibus (ob alienam Religionem) expulsionem gravamen aliquod moverunt ?

Contra reformationem Publici Exercitii in Marchionatu Baaden-Baadensi, quam Philiberti Successor Catholicus jam antea perfecit, in his Comitiis nullum

Zweyte Abtheilung.

Geschichte von anno 1575. bis auf die Westphälische Friedens-Tractaten.

Erstes Capitl.

Was anno 1575. und 1576. auf den Reichs-Tag zu Regenspurg in dieser Materie vom offentlichen Religions-Exercitio deren Unterthanen, und ihrer Gewissens-Freyheit vorgekommen.

I.

Haben die Protestirende auf diesen Reichs-Tag wider solche Abänderung des offentlichen Religions-Exercitii deren Unterthanen, und wider die Ausschaffung Lutherischer Bürger aus etlichen Catholischen Reichs-Städten einige Beschwerde vorgebracht?

Wider die Abänderung des offentlichen Religions-Exercitii deren Unterthanen in

lum propositum fuit gravamen ; clarissimis enim verbis in libello, quem Maximiliano offerebant, ajebant : [*hîc, in* ditione Baadensi, neutiquam sese movere gravamen ob reformatum Publicum subditorum Exercitium ; sed quòd subditis libertas conscientiæ non permitteretur, eisquePrædicantium locò, qui expulsi fuerant, R.R. P. Patres Jesuitæ ad instructionem dandam præpositi essent (q)

Gravamen facilè primum in hac eorum scriptura, seu libello propositum erat contra reformationem Publici Exercitii à Moguntino, & Fuldensi, Ecclesiasticis statibus, in Eychsveld & in ditione Fuldensi factam. (r)

Dein querebantur, quòd à *Magistratu* Catholico in quibusdam Imperii Civitatibus, civibus aliquibus ob professionem novæ Religionis emigratio imposita fuerit. (s) Fundamentum hujus querelæ erat, quòd per Pacem Religiosam Exercitium utriusque Religionis in Civitatibus Imperialibus permis-

(q) Lehmann. pag. 133. col. 1. Francofurt. Edit. anno 1707.

(r) Lehmann. pag. 133.

(s) Lehmann. pag. 133. Cap. XIV.

Baaden-Baaden, welche der Successor Philiberti vorgenommen, machten die Protestirende auf diesen Reichs-Tag keine Beschwerde. Sie sagten in ihrer Schrift, so sie dem Kayser Maximiliano übergaben: [Das ihre Beschwerde nicht wegen Reformirung des offentlichen Exercitii in diesem Land geschehe, sondern nur, daß denen Unterthanen die Gewissens-Freyheit eingeschränckt, und denselben anstatt der abgeschaften Prädicanten die RR. PP. Jesuitæ zur Unterweisung vorgesetzt worden. (q)

Ihre Beschwerd-Schrift gienge 1*mò* hauptsächlich wider die von etlichen **Geistlichen** Reichs-Fürsten vorgenommene Reformation des offentlichen Religions-Exercitii auf dem Eychsveld und im Fuldischen ꝛc. (r)

Weiters beschwerten sie sich, daß einigen der Augspurgischen Confeßion zugethannen Bürgern von etlichen Reichs-Städten die Emigration (der Abzug) aufgetragen worden. Ihr Fundament ware die Zulassung beyder Religionen in denen Reichs-Städten, allwo selbe anno 1555. im Gebrauch waren. (s)

(q) Lehmann pag. 133. col. 1. edit. Francofurt. anno 1707.
(r) Ibid. pag. 133.
(s) Ibid. cap. XIV.

missum esset, ubi illud anno 1555. in usu fuerat.

Aliud autem eorum gravamem Contra OMNES Catholicos Status expositum fuit istud: quòd hi subditis suis, qui Augustanam Confessionem profitetebantur, Emigrationem imponerent; *cùm tamen hi subditi nullum Publicum Religionis Exercitium, sed solam conscientiæ libertatem peterent* (t) Verbô: non postulabant pro OMNIBUS subditis Exercitium publicum, sed tantum pro ALIQUIBUS in certis locis. Petebant autem pro OMNIBUS subditis, ut OMNES Status eisdem libertatem conscientiæ permitterent, ac illos in territoriis tolerarent.

II.

Quodnam igitur Protestantium fundamentum erat, quòd contra Ecclesiasticos Status, qui Exercitium publicum Religionis quorumdam suorum subditorum reformarunt, gravamen proposuerint?

Pro fundamento afferebant ita dictam *Declarationem Ferdinandi*, quam etiam *Appendicem*, sive *Declarationem Pacis Religiosæ*

(t) Lehman. pag. 129. col. 2. in fine.

Sie beschwerten sich 2dò gegen alle Catholische Stände, ohne Ansnahm, daß selbe denen Unterthanen den Abzug aus dem Land aufladeten, die sich zur Augspurgischen Confeßion sich bekenneten [bevorab, da sie einig Exercitium publicum Religionis nicht, sondern allein die Freyheit ihrer Gewissen begehren.] (t) Kurz: sie verlangten nicht, daß alle Catholische Reichs-Stände ihren Unterthanen durchaus ein offentliches Religions-Exercitium, sondern nur an etlich Orten,, aber allen die Gewissens-Freyheit gestatten, und selbe im Land gedulten solten.

II.

Was ware dann der Grund der Beschwerde wider die Geistliche Reichs-Stände, daß diese das offentliche Religions-Exercitium nicht reformiren solten dörffen?

Die vorgebliche Declaration Ferdinandi, welche sie einen APPENDIX des Religions-Frieden,, eine *Declarationem Pacis Religiosæ* nennten; kraft welcher sie allein wider die Geistliche Reichs-Stände sich beschwerten, da in solcher König Ferdinand diesen Geistlichen

(t) Lehmann pag. 129. col. 2, am Ende.

giosæ appellabant; Huic fundamento unico innitentes contra quosdam Ecclesiasticos Imperii Status querebantur, quòd Exercitium suorum subditorum reformarent, cùm tamen his subditis Exercitium publicum Ferdinandus Rex liberum esse debere declarasset, eo quòd hi subditi jam anno 1555.(tempore conclusæ Pacis Religiosæ) id in usu habuissent.

III.

Ex quo fundamento autem Protestantes contra Emigrationem cùm ab Ecclesiasticis, tum à secularibus Statibus Imperii subditis impositam gravamen suum deduxerunt?

NB. Anno 1559, vivente adhuc *eodem* Ferdinando (cùm Protestantes tunc reformationem bonorum Ecclesiasticorum in terris suis sitorum vi Pacis Religiosæ cohonestare nitebantur, (eò quod Statibus Imperii talis libertas competeret) clarissimis verbis asserebant: Subditos, Dominorum suorum Religionem sequi debere; quòd *Religiosa* Pax IMMEDIATE ad Status Imperii, non verò ad subditos, aut Landsassios sese extenderet.

In

lichen Ständen das offentliche Religions-Exercitium ihrer Unterthanen, so sie anno 1555. in Gebrauch hatten, zu gedulten verordnet hätte.

III.

Aus was für Ursachen beschwärten sie sich wider den von einigen Catholischen sowohl Geistlich- als Weltlichen Reichs-Ständen ihren uutergebenen gemachten Auftrag des Abzugs?

NB. Anno 1559. da Kayser Ferdinand noch lebte, und da die Herren Protestanten in ihren Territoriis die Geistliche Prälaturen und Clöster reformirten, gründeten sie sich in dem Religions-Frieden, daß der Lands-Herr solches zu thun befugt wäre, und der Unterthan sich der Verordnung des Lands-Herrn und dessen Religion nachfolgen müsse; dann der Religions-Frieden (sagten sie selbst) wäre *immediatè* auf die Reichs-Stände gestellet worden.

Auf diesen Reichs-Tag 1576. aber, und bey diesen Deliberationen deren Protestirenden, (worbey die der reformirten Religion zugethane Chur-Pfälzische Räthe das Directorium führten,) sagten diese dirigirende Herren Räthe: daß der Religions-

Frieden

In his vero Comitiis (anno 1576.) & deliberationum ſuarum Conventibus (quos ita dicti Reformati Palatini *dirigebant*) ajebant jam Directores iſtî: [quòd Pax Religioſa non tantum inter Status Imperii, & ad pacem inter illos conſervandam, ſed etiam pro ſubditorum tranquillitate, in ordine ad Dominos ſuos territorialis transacta fuerit. (u) NB. Anno 1559. Proteſtantes Eccleſiaſticos ſuos è ſuis territoriis ideo expellebant, quòd ſubditi vi Religioſæ Pacis Religionem Domini ſui territorialis amplecti deberent. Anno 1575. autem volebant hi ipſi Status, ut Catholici Status ſubditos adverſæ Religionis tolerarent; quòd ipſis Pax Religioſa libertatem conſcientiæ (*uti modo* ajebant) permiſerit.

IV.

Quæ ergo illa Declaratio Ferdinandi, cui, tanquam uni fundamento, Proteſtantes innitebantur?

Declarat illa: ut illæ Civitates, illi Nobiles, qui Archi- & Epiſcopis ſubjecti, Exercitium Auguſtanæ Confeſſionis anno 1555. jam in uſu habebant, illud deinceps

(u) Lehmann pag. 130. col. 1.

Frieden nicht allein zu Erhaltung Gutes Friedens zwischen denen Ständen, sondern auch allerseits Unterthanen gegen ihre Herrschaften zum besten aufgericht worden. (u) NB. Anno 1559. jagten die Herren Protestanten die Geistliche aus ihrem Land; weilen alle Unterthanen vermög des Religions-Frieden ihres Lands-Herrn Religion folgen solten. Anno 1575. aber solten die Catholische ihre Unterthanen im Land gedulten, weil der Religions-Fried denen Unterthanen die Freyheit der Religion gestattete.

IV.

In wem bestunde dann die von denen Herren Protestanten allegirte Declaratio Ferdinandi?

In deme, daß in etlichen Städten, und bey denen von Adel, welche unter Geistlichen Erz- und Bischöffen gesessen, und das Exercitium der Augspurgischen Confeßion anno 1555. schon angerichtet hatten, es darbey bleiben solte. Diese vorgebliche Declaratio ist zu lesen bey Lehmann de Pace Religiosa pag. 55.

V. Was

(u) Lehmannn pag. 130. col. 1.

ceps liberrimum haberent. Legitur ista *Declaratio* apud Lehmanum de Pace Religiosa pag. m. 130.

V.

Quid Catholici ad hanc Ferdinandi Declarationem ?

Inquiebant etiam in his Conferentiis: [Ita: Dominus territorialis habet jus Reformandi Exercitium publicum subditorum, minimè autem libertate conscientiæ eos privandi.] Reponebat Trautmansdorffius: [Non cogi subditos ad credendum, posse illos utique libertate conscientiæ uti, & aliò migrare.] (z)

Protestantes denique in hoc cedere debebant, & emigrationi subditorum subscribere §§. 36. 37. Art. V. Soli subditi, qui sub Catholicis Statibus Imperii, anno 1624 hac libertate usi fuerant, ad migrandum cogi non poterant. §. 31. Art. V.

3*tiò*. Libera Imperii Nobilitas, & liberæ Imperii Civitates his tractatibus æqualia cum Electoribus in negotio Religionis jura, & jus Reformandi acceperunt §§. 28. 29. Art. V. Quis ergo somniet jus Reformandi fuisse tunc restrictum?

4*tò*. Lutherani autem hoc jus Reformandi, ita dictis *Reformatis*, quos tunc tanquam *Consortes Augustanæ Confessionis* susce-

(z) Tom. IV. Act. P. W. pag. 62. 63.

noch ad emigrationem subditorum bequemen, §. §. 36. 37. Art. V. Nur diejenige dörffen nicht emigriren die anno 1624. unter Catholischer Landes-Obrigkeit, das offentliche, oder das Privat-Exercitium in den Häusern genossen. §. 31. Art. V.

3tiò. Die freye Reichs-Ritterschaft, und die freye Reichs-Städte erhielten gleiches Recht Reformandi Exercitium Religionis §. §. 28. 29. Art. V. wie solches die andere höchste Reichs-Stände hatten. Wie hätte dann solches können eingeschränckt werden?

4tò. Die Herren Lutheraner wolten aber dieses Jus Reformandi Exercitium Religionis subditorum, (welches denen Catholisch- und Lutherischen Reichs-Ständen zustunde) denen Reformirten nicht zulassen, wenn diese ein Lutherisches Land überkomten, oder der Regent von der Lutherischen zu der reformirten Profession übergienge. Art. VII. §. 1. I. P. (a) Mithin ist denen Catholischen ihr Jus Reformandi nicht beschräncket worden. Wer hätte es ihnen dann einschräncken sollen? Jedoch haben die Herren Lutheraner (etliche, nicht alle) sich gegen die Reformirte verbunden, daß sie auch das Exercitium Religionis Reformatorum nicht refor-

(a) Tom. II. Act. P. W. pag. 110. 140.

ſuſceperant, neutiquam conceſſerunt, ſi *Reformati*, Lutheranæ Profeſſioni antea addictam obtinerent provinciam, aut ſiquis Dominus à Lutherana ad Reformatorum profeſſionem tranſiret. Art. VII, §. I. (a) Catholicoum ergo Regula territorialis nimime reſtricta fuit. *Lutherani* tamen quidam mutuò ſeſe *Reformatis* obligarunt, quòd ipſi quoque horum Exercitium non eſſent Reformaturi.

5tò. Ipſe Tumshirnius timebat, ne Dux Neoburgicus Catholicus vi juris Reformandi, (obtenta ſententia de hactenus controverſo jure territoriali) plura reformaret. Hinc ſuaſit Solizbacenſi, ut cum Duce, adhuc ante ſententiam ferendam, tranſigeret, ac ſubditos ſecuros redderet. (b) Ergo Tumbshirnius nil ſciebat, quòd per §. *Hoc tamen non obſtante &c.* jus Reformandi reſtrictum fuerit, cui tamen §pho Tumbshirnius ipſe nomen ſuum addidit.

6tò. Reſtituendi Palatini Principes cum omnibus Juribus, etiam *Reformandi* Exerciti-

(a) Tom. II. Act. P. W. pag. 110. 140.
(b) Tom IV. Act. P. W. pag. 402.

reformiren wolten; dann die Herren Lutheraner haben bey diesen Tractaten, die Reformirte, als Consortes Augustanæ Confessionis angenohmen.

5tò Der Protestantische, von Tumshirn, förchtete selbst, daß der Herzog von Neuburg, wenn der Sentenz des strittigen Territorial-Recht für denselben ausfiele, vermög der Territorial-Regul noch weiters reformiren möchte; dahero gabe er dem Pfalzgrafen zu Sulzbach den Rath: Er möchte sich vorhero noch vergleichen, und dardurch denen Unterthanen das Religions-Exercitium versichern: (b) ergo wußte der von Tumshirn, der doch den §. Hoc tamen non obstante &c. unterschrieben, gar nichts, daß dardurch das Jus Reformandi wäre eingeschränckt worden.

6tò. Die restituendi Principes Palatini wurden mit allen Rechten in Ecclesiasticis & Politicis, mithin auch quoad Jus Reformandi eingesetzt; (c) dahero selbe das Catholische Religions-Exercitium, so unterdessen im Land aufgerichtet worden, wiederum reformirt, welches zwar Franckreich und die Kayserliche zu erhalten getracht, allein wegen

(b) Tom. II. Act. Execut. Pac. pag. 463.
(c) Tom. IV. Act. P. W. pag. 402.

citium, restituebantur; (c) unde Catholicum Exercitium interea ibi introductum iterum sublatum fuit, quod quidem Galli & Cæsarei conservari posse optabant, sed ob Regulam territorialem cedere cogebantur.

Lutherani pro suo conservando Exercitio in inferiori Palatinatu vigilabant. §. 19. Art. IV. Elector autem exigebat, ut pro hac indulgentia Lutherani ipsum rogarent, quod etiam factum fuit. (d)

NB. *Status Ecclesiasticus* NB *Exercitii Augustanæ Confessionis* Lutheranis in inferiori Palatinatu àb Electore tunc Reformatorum Professioni addicto ad observantiam anni 1624 indultus fuit. Subditis autem *Reformatæ Professioni* addictis nullum, contra jus Reformandi Electoris Palatini, Exercitii Religionis jus tributum fuit. Sed Elector restituebatur ex Capite Amnestiæ *cum omnibus juribus, etiam cum jure Reformandi.*

7mò. In

(c) Tom. IV. Act. P. W. pag. 402.
(d) Tom. I. Act. Execut. Pac. pag. 543.

gen der Territorial-Regul endlich nachgegeben haben. §. 6. Art. IV.

Die Herren Lutheraner sorgten vor ihr Religions-Exercitium in der Untern-Pfalz, nach der Observance des 1624sten Jahrs. §. 19. Art. IV. Der Churfürst aber sagte: sie solten ihme darum ersuchen; so auch geschehen (d)

NB. Dieser *Status Ecclesiasticus* NB. *Exercitii Augustanæ Confessionis* wurde also von denen Herren Lutheranern in der Untern-Pfalz ausbedungen, worfür sie aber den Churfürsten ersuchen mußten. Denen eigenen reformirten Unterthanen aber wurde kein Recht wider die Territorial-Regul ihres Churfürstens zuerkannt, oder ihnen der Status Ecclesiasticus Exercitii hujus Religionis versichert, sondern der Churfürst wurde restituirt cum omnibus juribus, etiam *reformandi*.

7mò. Die Acta Executionis Pacis erzehlen noch mehrere Umstände, woraus Sonnenhell zu erkennen, daß das Jus Reformandi auf kein neues unveränderliches Gesatz, oder Regul wäre angewiesen worden.

(d) Tom. I. Act. Execut. pag. 543.

7mò. In actis *Executionis Pacis* plura leguntur, quibus *jus Reformandi* liberum permansisse evidenter demonstratur.

Phrases itaque istæ, *de securitate Religionis, Fidei, & libertatis Conscientiæ &c. de lege immutabili, & Regula jurium Statuum Catholicorum & Protestantium*, æquivocæ sunt, quibus Lector facile in errorem induci potest. Acta autem, *Protocolla, & speciales ibi contentæ Circumstantiæ*, Mentem paciscentium *securè & clarè*, exponunt. Nuda Instrumenti Pacis verba à quovis facile in alienum sensum trahi possunt.

VII.

Protocolla in tractatibus Westphalicis scripta, sensum instrumenti Pacis semper declarare haud possunt; Lites enim & Controversiæ *secundùm Imperii leges*, non verò *secundum Protocolla* decidi debent; cùm multa in his tractatibus antea quidem acta, in fine tamen aliter transacta fuerunt, & sic Instrumento Pacis, (absque ulla, in Protocollis, de his facta mentione) inserta leguntur.

Es ist also diese Schreib-Art, von der durch die Westphälische Tractaten, festgesetzten **Religions- Glaubens- und Gewissens-Freyheit Sicherheit,** von einen **unveränderlichen Gesatz und Regul deren Rechten Catholischer und Protestantischen Reichs-Stände** ꝛc. eine zweydeutige scheinbare Ausdruckung, wordurch der Leser gar leicht geblendet werden kan. Die Acta Protocolla aber und die darinn enthaltene besondere Umstände geben die wahre Meinung deren Paciscenten **sicher** zu erkennen. Die blosse Wort Instrumenti Pacis können immer gedrehet werden.

VII.

Die bey denen Westphälischen Friedens-Tractaten gehaltene Protocollen können nicht allzeit zu Erläuterung dieses Friedens angeführet werden; sondern die Strittigkeiten sind nach denen Reichs-Grund-Gesetzen zu entscheiden, und nicht allzeit nach denen Protocollen; indeme bekanntlich viele Dinge in diesen Tractaten vorgekommen, die in ipsa Conclusione anders verglichen, und dem Instrumento Pacis selbst haben können einverleibt werden, worvon die Protocolla nichts melden.

Responsio. Protocolla de tractatione & Negotio Exercitii Religionis subditorum, sunt tabulæ publicæ àb hominibus (jure jurando obstrictis) confectæ. In iis leguntur *Conclusa* Protestantium ex præcedentibus eorum votis deducta. Hæc Protocolla *privata scriptura* dici nequeunt. Neque per §. *Hoc tamen non obstante &c.* in fine tractatuum anno 1648 alia transacta fuerunt, quàm quæ Trautmansdorffius anno 1647, dum ipse hunc §phum confecit, indulsit. Sola hæc verba, *Sola observantia*, (pro *Conniventiâ*, in §pho Trautmansdorffiano antea positâ,) adhibita fuerunt, ita petente SALVIO Suedico, ne forte subditis grave accideret, Si *Conniventiam superiorum suorum Catholicorum* probare deberent, facilius utique probaturi *solam observantiam*, sive *nudum factum possessionis* Exercitii Religionis tunc habiti.

§phus *Hoc tamen non obstante &c.* à Trautmansdorffio anno 1647 confectus legitur Tom. IV. Act. P. W. pag. 570. XII. Protestantes non alia per hunc §phum in fine tractatuum denique

sibi

Antwort: Die in dieser Handlung NB. (de Exercitio Religionis deren Unterthanen) von denen darzu verpflichteten Protocollisten gehaltene Protocolla sind Protocolla publica und uniformia. Sie enthalten die Conclusa Protestantium, welche in ihren Sessionibus, nach denē gegebenen Votis, abgefaßt worden. Es können selbe vor keine Privat-Scriptur gehalten werden. Es ist auch durch den §. *Hoc tamen non obstante &c.* am Ende der Tractaten nichts anders verglichen worden, als was der Graf Trautmannsdorf anno 1647. im Monat May, da er diesen §phum entworffen, zugesagt hat. Das einzige Wörtlein, *sola Observantia*, ist anstatt des Worts *Conniventia*, welches der Graf Trautmannsdorf gesetzt, in diesem §pho gebracht worden; weilen der Schwedische Salvius erinnerte das denen Unterthanen vielleicht schwer fallen dörfte, die *Conniventiam* ihrer vorigen Catholischen Landes-Herrn zu erweisen: denenselben aber die solam observantiam oder das factum Possessionis Exercitium Religionis zu erweisen, gar nicht schwer fallen wurde.

Der §phus *Hoc tamen non obstante &c.* (wie selben der Graf Trautmannsdorf verfaßt) ist Tom. IV. Act. P. W. pag. 570. XII. zu lesen. Die Herren Protestanten verlangten auch nur dieses, daß die Catholische

solchen

ſibi concedi poſtulabant, quàm, quæ Trautmansdorffius anno 1647 illô jam indulſerat.

Quòd autem ex Protocollis, ſeu tabulis Publicis, quæ ferventibus tractatibus Weſtphalicis conſcriptæ fuerant, intentio Paciſcentium ſecurè dignoſci valeat & debeat, ipſum *Concluſum à Tribus* Imperii Collegiis anno 1649 ita formatum oſtendit: [quòd nempe in dubiis circa ſenſum inſtrumenti Pacis, ad Acta, & tabulas publicas recurrendum eſſet.] (e)

Verus Inſtrumenti Pacis ſenſus ex tota Pacificationis hiſtoria, & nexu, colligi debet; ex his enim circumſtantiis mens Paciſcentium dignoſci poteſt.

VIII. Si

(e) Tom. I. Act. Execut. Pac. pag. 94.

solchen von Graf Trautmannsdorf anno 1647. entworffenen §phum zulassen solten. Und also wurde er endlich verglichen, wie in Instrumento Pacis zu lesen ist.

Daß aber die bey denen Westphälischen Friedens-Tractaten gehaltene Protocolla die Meinung deren Paciscenten sicher zu erkennen geben, haben die drey Reichs-Collegia durch das anno 1649. abgefaßte Conclusum also bekräftiget; [Nachdem aber zu besorgen, daß in ipsa interpretatione Instrumenti Pacis zweifelhafte Deutungen vorfallen möchten; also ist die gesammte Resolution, daß man in dergleichen Fällen ad Protocolla & Acta recurrire, den verum sensum aus solchen erheben, und, wie es damahl gemeint gewesen, recht erforschen solle.] (e)

Der wahre Verstand deren von vielen falsch ausgelegten Stellen (um selben nach der Meinung deren Paciscenten zu erkeñen) kan nicht besser und sicherer eingesehen werden, als wann man den völligen Zusammenhang deren Tractaten, die unterschiedene dabey geführte Absichten der contrahirenden Partheyen, und wie man endlich über diesen und jene Puncten zum Vergleich geschritten seye, einsiehet.

VIII. Wann

(e) Tom. I. Act. Execut. Pac. pag. 94.

VIII.

Si tabulæ publicæ, & acta P. W. à Mayero vulgata ea continent, quæ in *Impressis*, (Gründliche Nachrichten) & in his foliis referuntur; Quomodo Protestantes hos §phos 30. & 31. Art. V. in longe alienum sensum trahere valeant? Ex. gr. Ajunt: [in §. 30. Art. V. *Quantùm deinde ad Comites &c. Rationem dubitandi* tantùm propositam fuisse, quæ tamen per §phum subsequentem 31. Art. V. *Hoc tamen non obte &c.* rejecta fuisset.]

Ajunt etiam: [Hos §phos 30. & 31. Art. V. *valde esse Obscuros, neque connexos, sed Contradictorios.*] Ajunt: [dubium esse, an *Prærogativæ* Art. VII. Protestantibus factæ, etiam Catholicis Statibus indulgeri debeant? &c.] Ergo Protocolla, tabulæ, & acta, Obscuritate laborant.

Responsio. Quidam Scriptores Adversarii, jus Reformandi Catholicorum Statuum constringere volebant; hinc fingebant, in §pho 30. Art. V. *Quantum deinde &c. &c. Hanc Rationem dubitandi quidem* positam sed §. 31. Art. V. rejectam fuisse.

Hæc

VIII.

Wann die bey den Westphälischen Friedens-Tractaten gehaltene Protocolla, und der Zusammenhang dieser Tractaten dasjenige klar enthalten sollen, was in denen **Gründlichen Nachrichten** rc. und in diesen Blättern aus denselben vorgezeigt worden; wie haben dann die Herren Protestanten diese §phos 30. & 31. Art. V. in einen so widrigen Verstand erklären können? zum Exempel: Daß der §. 30. Art. V. *Quantùm deinde ad Comites &c.* nur eine *ratio dubitandi* seye, welche hernach in den §. 31. Art. V. *Hoc tamen non obstante &c.* wäre verworffen worden. Oder: wie können sie sagen, daß die zwey §phi 30. und 31. Art. V. sehr dunckel seyen, und sich nicht zusamm reimen? Wiederumen: [Daß es sehr zweifelhaft wäre, ob die Catholische desjenigen, (was in Art. VII. §. 1. zwischen denen Protestanten verglichen worden) sich anmassen könnten? Die Protocolla müssen also sehr dunckl und zweydeutig reden.

Antwort. Einige Protestantische Scribenten wolten das *Jus Reformandi Catholicorum Statuum* beschräncken, und den §. 31. Art. V. zu einer **Regul** des Juris Reformandi machen; dahero haben sie gedrehet, und fingirt, daß der §. 30. Art. V. *Quantum deinde*

Hæc fabula autem etiam multis adversæ Partis scriptoribus non placebat; cupiebant tamen jus Reformandi Catholicorum *restrictum*; hinc conquerebantur, quasi Paciscentes, hos duos §phos *obscurè* enunciassent, & quòd essent *Contradictorii*. At, si nexus historiæ & tabulæ Publicæ inspiciantur, tunc sole clarius elucescet, quod hi §phi neque *obscuri* neque *Contradictorii* sint.

Dubium, quod aliqui adversarii ex verbis Art. VII. §. I. inter solos Protestantes transacti, eliciunt (an Catholici Status, *Prærogativâ* Protestantibus per hunc Art. VII. factâ, uti etiam valeant?) ex tabulis publicis,& actis iterum dissolvitur,ita quidem, ut fabula de *Prærogativâ* hac Protestantibus hoc Articulo facta, compositores hujus fabulæ omnium risui necessario exponat, uti supra (pag. 186. 188.) ostendi.

Notare tamen volo, facile fieri potuisse, quòd quidam scriptores adversarii, nec *Acta*, nec *tabulas publicas* istas viderint, & sic verba Instrumenti Pacis ad normam Antecessorum, aut juxta propriam opinionem interpretati fuerint.

Joan-

inde nur eine *ratio dubitandi* wäre, welche aber durch den §. 31. Art. V. seye verworffen worden. Da aber diese Fabel bey mehr andern Protestantischen Scribenten keinen Beyfall findet, und diese dannoch das Jus Reformandi Catholicorum Statuum zu beschräncken verlangen, so sagen sie: [Diese §phi reimten sich nicht zusammen : sie wären ganz dunckel] Allein es reimt sich alles gar wohl zusammen, wann man nur die Acta und Protocolla, und den völligen Zusammenhang deren Tractaten einsiehet.

Den Zweifel, welchen einige Gegnerische Scribenten, wegen den Art. VII. §. 1. aufgeworffen, und denen Catholischen Reichs-Ständen den darinn enthaltenden grossen Vortheil (*scilicet*) anstreitten, entscheiden wiederumen die Acta und Protocolla, also zwar, daß sich diese Fabulanten wegen **ihres besondern Vortheils**, welchen die Protestanten durch diesen Art. V. unter sich behandlet sollen haben, zuschämen Ursach haben; wie ich oben schon (pag. 187. 189.) angemerckt.

Ich muß doch dieses noch anmercken, daß vielleicht etliche aus solchen Gegnerischen Scribenten von denen Actis publicis und Protocollis nichts gewußt, und also die blosse Wort, nach dem Vorspiel und Affect ihrer Vorfahrer mögen gedrehet haben.

Joannes Jacobus Moſer, in Tractatu Juris Publici Germanici. Norinbergæ 1737 *pag.* 398. ſcribit: [Quòd Proteſtantes anno 1575 Declarationem Ferdinandi Capitulationi RUDOLPHI II. inſeri petierint, vi Cujus SUBDITIS *Sub* CATHOLICIS NB. ECCLESIASTICIS Imperii Statibus Exercitium Religionis conceſſum eſſet.] Jam verò *Thumshirnius* Proteſtanticus, ad Conferentias cum Cæſareanis Menſe Februario 1647 Deputatus, clariſſimis verbis dicebat: [Proteſtantes obſervantiam anni 1624. pro Exercitio Religionis *Nobilitatis*, *&* *Civitatum*, (quas nominabant,) *tantùm* petere, NB. LOCO *Declarationis Ferdinandi*, quam Catholici admittere nolebant:] Si autem Catholici his ſubditis Exercitium Religionis ad hujus an. 1624 obſervantiam non concederent, tunc neque Proteſtantes *à Declaratione iſta*, (ad effectum illius obtinendum) receſſuros eſſe declarabat Thumshirnius. (f) Hinc Trautmansdorffius ſequente Menſe Majo 1647 his ſubditis Exercitium Religionis, (ſi anno 1624 illud ſub Catholico

(f) Tom. IV. Act. P. W. pag. 66.

Herr **Johann Jacob Moser** schreibt in seinen teutschen Staats-Rechts ersten Theil. Nürnberg 1737. pag. 398. §. 5. [Daß die Evangelische anno 1575. dahin es zu bringen gesucht haben, daß Kayser Ferdinandus I. in favorem derer NB. unter **Catholischer Geistlicher Herrschaft wohnenden Evangelischen Unterthanen** ertheilte Declaratiou in der Wahl-Capitulation Rudolphi II gedacht wurde.] Nun aber sagte der Protestantische Deputirte ad Conferencias cum Cæsareanis, Herr von Tumbshirn bey denen Westphälischen Friedens-Tractaten anno 1647. im Monat Februarii: [Daß die Protestanten das Exercitium Religionis subditorum anjetzo nach der Observance des 1624sten Jahrs, NB. **anstatt dieser Declaration** NB. nur für den Adel, und Stände, welche sie specificirten, verlangten; wenn aber die Catholische diese Observance solchen Unterthanen und Landsassen nicht zulassen wurden, so wollten sie (die Protestanten) von solcher Declaration dannoch nicht weichen.] (f) Worauf aber der Graf Trautmannsdorf den §. *Hoc tamen non obstante &c.* für diese Unterthanen, nach der Observance des 1624sten Jahrs im Monat May 1647. verfaßt, welcher endlich anno 1648. im Monat Merz von denen

(f) Tom. IV. Act. P. W. pag. 65.

lico Statu habuissent,) tandem indulsit, quam indulgentiam §pho: *Hoc tamen non obstante &c.* expressit; quod etiam Status Catholici Ecclesiastici, (sub quibus anno 1624 tales subditi fuerant,) in fine tractatuum denique admiserunt. Imperator autem suis subditis hæreditariis id constanter denegabat. Elector Bavarus quoque in superiori Palatinatu illud jam antea reformavit, nec amplius indulsit. Neoburgicus Dux Catholicus, Exercitium Religionis adversæ etiam sustulit. In inferiori Palatinatu verò Catholicæ Religionis Exercitium, interea introductum, àb Electore jam Restituto dein reformatum fuit. Quis jam dicere audeat jus Reformandi Exercitium Religionis subditorum, OMNIBUS Imperii Statibus *ab his ipsis Paciscentibus* restrictum fuisse? Supra Nominatus *Dominus Moser* cit. libr. pag. 513. §. 16. scribit: [Deputatis Imperii ad tractatus *Rysvvicenses* ablegatis, die 15 Junii 1697 Mandatum istud fuisse datum: vigilarent, ut omnia ad Leges Imperii restituerentur in Politicis & Ecclesiasticis, & sic *Instrumemtum Pacis juxta ejus verum* *sen-*

Catholischen, darbey intereßirten Geistlichen Reichs-Ständen, angenohmen worden. Der Kayser aber leidete das Religions-Exercitium adversum seinen Unterthanen in den Erb-Landen nicht mehr. Chur-Bayrn hatte dasselbe in der Obern-Pfalz auch reformirt. Neuburg reformirte gleichfalls. Der Churfürst in der Untern-Pfalz reformirte in seinen Land das Catholische Religions-Exercitium, welches unterdessen allda eingeführet worden. Wie kan man dann sagen, daß eben diese hohe Paciscentes **allen** Ständen des Reichs, das Jus Reformandi eingeschräncket haben? Eben dieser **Herr Moser** schreibt pag. 513. §. 16. cit. lib. [daß noch in der am 15. Junii 1697 abgefaßten Instruction, vor die nach **Riswick** zu denen Friedens-Tractaten bestimmte Reichs-Deputation gesetzt wurde: Dieselbe solten alles besten Fleises beobachten, daß das in der Reichs-Kriegs-Erklärung enthaltene, betreffend die Restitution des von Franckreich in Ecclesiasticis & politicis quocunque modo geenderten, in dem alten und vorigen, denen Reichs-Fundamental-Gesätzen und Friedens-Schlüssen gemässen Stand erfüllet wurde, **und** in Summa, **daß das** Instrumentum Pacis Westphalicæ **nach seinen wahren, denen über solche Friedens-Hand-**

ſenſum, Protocollis, tabulis Publicis, & Actis conformem adimpleretur.]

Si autem tabulæ Publicæ, Protocolla, & Acta Pac. Weſtph. inſpiciuntur, tunc Sole Clarius eluceſcit, *Clauſulam Ryſvvicenſem* à Rege Galliæ Inſtrument. Pac. Ryſwic. inſertam, in his ipſis Tabulis Publicis, Protocollis & Actis Pacis Weſtphalicæ eſſe fundatam, & intentioni Paciſcentium minimè contrariam.

Anonymus verò Ryſvvicenſis, qui, ferventibûs tractatibus Ryſwicenſibus, ſcriptum ſuum contra Regulam Territorialem Catholicorum Statuum Imperii, tunc diſtribuit, nec verbum ex Actis aut Protocollis Pacificationis Weſtphalicæ potuit; Totus in eo fuit, ut nuda Inſtrumenti Pacis W. verba pro affectu ſuo in alienum ſenſum, Protocollis & actis contrarium pertraheret. Domini Proteſtantes hæc principia Anonymi Ryſwicenſis ſecuti, illa novo Scripto, Ungrund des *Simultanei &c. &c* an. 1719 Ratisbonæ, juſſu quorumdam Proteſtantium confecto renovarunt, verúmque Inſtrumenti Pacis ſenſum ex hoc ſcripto dignoſcendum eſſe edixerunt. At

lung gehaltenen Protocollen und Acten Conformen ꝛc. Verstand, in omnibus, sowohl Ecclesiasticis als Politicis, völlig hergestellt werde.]

Wenn nun aber solche, über die Westphälische Friedens-Handlungen gehaltene Protocollen und Acten eingesehen werden, so erhellet Sonnen-klar, daß die von der Crone Franckreich gesetzte CLAUSULA RYSWICENSIS denen gehaltenen Protocollen und Acten deren Westphälischen Friedens-Handlungen auf keine Weiß entgegen seye.

Der Anonymus Ministrissimus aber, welcher sein Impressum wider die Regulam Territorialem Catholicorum, bey denen Riswickischen Tractaten austheilen lassen, hat in demselben kein Buchstaben aus diesen Protocollen und Acten P. W. angemerckt, sondern auf das Drehen der blossen Wort Instr. Pacis sich verlegt, welches Impressum der Gegentheil adoptirt, und die darinn arglistig gedrehte Principia, in seiner anno 1719. zu Regenspurg verfertigten Schrift: **Ungrund des SIMULTANEI**, wiederum erneuert hat.

NB. NB. NB.

Verus Inſtrumenti Pacis W. ſenſus ex tabulis Publicis, Protocollis, & Actis dignoſci debet; Catholici eum ex his tabulis Publicis deſumunt. Proteſtantes nuda Inſtrumenti Pacis verba pro nutu interpretantur, absque ullo tabularum Publicarum aut Protocollorum uſu; nec reſpondere poſſunt ad ea, quæ ex his tabulis à Catholicis adducuntur. Silentium Catholicis imponere nituntur, cùm ipſi reſpondere nequeant; at etſi Catholici ſileant, Acta tamen Publica & Publicæ tabulæ verùm Inſtrument P. ſenſum evulgant.

IX.

Catholici huc usque, *obſervantiam anni* 1624, veluti *Regulam* Exercitii Religionis *per totum Imperium* ſtabiliti, agnoverunt: ergo hic verus eſt ſenſus §phi 31. Art. V.

Reſponſio. Pax Weſtphalica eſt Lex Pragmatica Imperii. Hujus verus ſenſus ille tantùm eſt, quo Paciſcentes, hanc legem pragmaticam condiderunt. Interpretatio illius, contra Acta & Proto-

colla,

NB. NB. NB.

Der wahre Verstand des Instrumenti Pacis muß aus denen Acten und Protocollen erkennet werden; die Catholische aber haben dieselbe für sich. Die Protestanten hingegen drehen die blosse Wort des Instr. Pacis nach Belieben, ohne Rucksicht auf die Protocolla und Acta; sie wissen auch wider diese Protocolla und Acta nichts einzuwenden; sie bemühen sich anjetzo, denen Catholischen das Stillschweigen aufzudringen, weilen sie (die Herren Protestanten) nicht antworten können. Allein, wenn schon die Catholische schweigen müssen, so redeten doch die Acta publica und Tabulæ publicæ.

IX.

Die Catholische selbsten haben in ihren bisherigen Schriften die Observantiam anni 1624. als eine Regul anerkannt, daß das Religions-Exercitium überall nach dieser Observance verbleiben müsse. Folglich haben sie nur diesen vor den wahren Verstand des §. 31. Art. V. Instrumenti Pacis angenommen.

Antwort. Der Westphälische Frieden ist Lex Pragmatica. Es mag derselbe von andern verstanden werden, wie er wolle, so ist nur derjenige Sensus der wahre, in wel-

colla, verum à Paciſcentibus ſtabilitum ſenſum evertere nequit. Talis interpretatio *Contra legem Publicam* nulla eſt; hæc enim inter duas Partes tunc Paciſcentes condita fuit. Verus & authenticus ſenſus hujus Inſtrumenti Pacis unicus eſt ille, quem Acta Publica, & tabulæ publicæ perhibent. Novæ per dolum, aut ex ignorantia factæ interpretationes non derogant legi publicæ.

Elector quidem Palatinus, ob Minas à Rege Boruſſiæ factas (de Reformandis bonis Eccleſiaſticis & Monaſteriis in territoriis illius ſitis,) anno 1705 cum eodem Rege, *de Exercitio Religionis in inferiori Palatinatu* quamdam transactionem iniit. Verùm ex hac transactione minimè ſequitur; ſenſum Inſtrumenti Pacis à Paciſcentibus transactæ eſſe talem. Nec iſta Palatini cum Bruſſo facta transactio, Juri Alterius Statûs præjudicare valet.

NB. Catholicis Eccleſiaſticis, *bona Mediata Eccleſiaſtica & Monaſteria* licet in territoriis Proteſtantium ſita, vi §. 26. Art. V. relinqui

welchem die Paciscentes solchen verglichen haben. Der, theils aus Verdrehung, theils aus ermanglender Einsicht deren Protocollen und Acten, von einigen angenohmene Verstand dieses Instrumenti, kan den wahren ex Protocollis und Actis Sonnen-hell scheinenden Sensum nicht verändern, oder eine interpretationem contra legem publicam Pragmaticam machen. Dieses Westphälische Pragmatische Friedens-Gesatz ist von beyden Paciscirenden Theilen als ein unveränderliches Gesatz unter sich verglichen worden. Arglistige, und fehlsame interpretationes können dasselbe nimmermehr in einen andern Verstand bestimmen, oder eine *Authenticam interpretationem Statuum inter se*, CONTRA AUTHENTICUM SENSUM A PACISCENTIBUS TRANSACTUM erzwingen.

Obschon Chur-Pfalz, nach beschehener Preußischer Bedrohung gegen die in denen Landen Sr. Majestät entlegene Clöster und Geistliche Güter, anno 1705 mit Sr. Majestät dem König in Preussen wegen denen Protestantischen Unterthanen in der Untern-Pfalz, einen gewissen Vergleich getroffen; so folget doch nicht, daß das Instrumentum Pacis W. nach den Willen des Gegentheils also zu verstehen seye. Es kan auch dieser Vergleich einem Tertio an seinen

qui debent; cùm Catholici Status, Protestantibus bona Ecclesiastica, antea Catholicis ablata, ad observantiam 1. *Januarii* 1624 denique cessissent; hæc autem Conventio §§. 25. & 26. Art. V. nullam connexionem habet cum transactione §. §. 31. & 32. Art. V. *de Exercitio Religionis* subditorum sub Catholicis Statibus.

Status Imperii Augustanæ Confessioni addicti per §. 32. Art. V. sese Catholicis Statibus obstrinxerunt, quòd *Catholicis* subditis in territoriis Protestantium morantibus Exercitium Religionis Catholicæ juxta observantium anni 1624 indulgerent, si Catholici Status suis *Protestanticis* subditis, qui anno 1624 sub Catholicis Statibus Exercitio adverso *usi* essent, id etiam permitterent. De his subditis §phi 31. & 32. Art. V. transacti fuerant, uti Acta & tabulæ Publicæ testantur. Catholici autem, sub quibus anno 1624 quidam subditi adversæ Religionis Exercitio utebantur, erant soli *Ecclesiastici quidam*, Nullus verò *secularis Status*.

Ipsi

seinen durch die Westphälische Friedens-Tractaten bekräftigten Rechten kein Præjudicium machen. Zudeme müssen denen Catholischen Geistlichen, und Clöstern, in denen Protestantischen Territoriis, vermög des §. 26. Art. V. ihre Güter und Rechte unbekränckt verbleiben, welche ihnen durch die Handlung *puncto bonorum Ecclesiasticorum* zuerkannt worden; da nemlich die Catholische denen Protestantischen Reichs-Ständen die den 1. Jenner 1624. in Besitz gehabte Catholische bona Ecclesiastica immediata, & mediata endlich zugelassen haben, welches aber keine Connexion mit dem Religions-Exercitio deren Unterthanen unter Catholischen Reichs-Ständen hat.

Die Protestantische Reichs-Stände haben sich gegen die Catholische verbunden, §. 32 Art. V. daß sie ihren Catholischen Unterthanen das Exercitium Religionis in ihren Protestantischen Territoriis zulassen wurden, wann auch die Catholische Reichs-Stände, (unter welchen anno 1624. einige Protestantische Unterthanen das Exercitium liberum genossen) diesen solches weiters gedulten würden. Von diesen wurden die §. §. 31. 32. Art. V. verglichen, wie es die Acta und Protocolla zeigen. Diese Catholische Reichs-Stände aber waren nur etliche Geistliche, aber kein Weltlicher.

Die

Ipſi Proteſtantes Paciſcentes in ſeſſionibus ſuis dixerunt: [Catholicum Statum Imperii, (cui Provincia alienæ Religionis, titulo legitimo obventura eſſet; aut, ſi Dominus territorialis ad Catholicam Religionem tranſiret,) ad tolerandum ſubditorum Exercitium cogi non poſſe.]

Toleratô ergo, à quibusdam Statibus Eccleſiaſticis Catholicis, Exercitiô adverſo quorumdam ſubditorum juxta obſervantiam anni 1624, Status quoque Auguſtanæ Confeſſioni addicti Exercitium Catholicum ſubditis ſuis, qui illo, anno 1624 ſub Proteſtantibus uſi fuerant, tolerare debent. §. 32. Art. V.

Catholici autem Eccleſiaſtici *Mediati*, jus ad ſua bona Eccleſiaſtica *Mediata*, & Monaſteria, in territoriis Proteſtantium ſita, per §. 26., non verò per §. 32. Art. V. conſervarunt: NB. Non ob tranſactionem *de tolerando Exercitio Religionis*, ſed ob tranſactionem *de poſſeſſione bonorum Eccleſiaſticorum*, quæ vi *Pacis Religioſæ* Catholicis aufferri non poterant. NB. Poſtquam enim Catholici Proteſtantibus bona Eccleſiaſtica, *poſt* & *contra Pacem Religioſam* Catholicis ablata, ad obſervantiam

Die Herren Protestanten sagten selbsten, daß ein Weltlich- Catholischer Landes-Herr (wenn demselben ein Protestantisches Land legitimo titulo zukommete, oder der Protestantische Reichs-Stand zur Catholischen Religion übertrettete) das Exercitium publicum deren Unterthanen zu gedulten nicht könnte gezwungen werden.

Weilen also etliche Geistliche Catholische Reichs-Stände kraft des beschehenen Vergleichs §. 31. Art. V. das Exercitium Religionis ihren Protestantischen Unterthanen zu gedulten versprochen, so müssen auch die Protestantische Reichs-Stände kraft ihres Versprechens denen Catholischen Unterthanen §. 32. Art V. selbes gestatten Die Catholische und Geistliche aber in denen *sodalitiis, fundationibus*, und Monasteriis Mediatis, in territoriis Protestantium sitis, haben ihr Recht zu den Besitz dieser Geistlichen Güter, und ihres Exercitii Religionis allda, nicht durch den §. 32. Art. V. sondern durch den §. 26. Art. V. behalten, NB. nicht ob tractatus *puncto Exercitii Religionis subditorum*, sondern ob tractatus *de possessione bonorum Ecclesiasticorum*, welche die Protestanten ohnehin denen Catholischen **kraft des Religions-Friedens** überlassen mußten. Da sie aber dannoch sehr viele dergleichen Geistliche Güter erst nach den Religions-Frieden an sich gezogen, so wurden ihnen selbe von de-

tiam 1. Januarii 1624 jam reliquissent, Reliqua bona Ecclesiastica autem, licèt in territoriis Protestantium sita, jam antea vi Pacis Religiosæ, & vi posterioris Transactionis Westphalicæ, Catholicis ad 1. Januarii 1624 observantiam relinqui debebant.

Si autem Protestantes Catholicis, post Pacem Westphalicam, bona Ecclesiastica, etiam in territoriis Protestantium sita, aufferrent, tunc Catholici minimè obstricti essent, ut bona Ecclesiastica Protestanibus per Pacem Westphalicam cessa, possidenda relinquerent.

Compositio *de Possessione bonorum Ecclesiasticorum* per Pacem Westph. facta, minimè connexa est *cum Exercitio Religionis subditorum* sub Catholicis Ecclesiasticis Statibus. Pridem, & quasi initio tractatuum Westph. *de possessione bonorum Ecclesiasticorum* amicè inter Status utriusque Religionis transactum fuit. At necdum Catholici de Exercitio Religionis adversæ suis subditis tolerando cogitabant.

Ne-

nen Catholischen endlich durch die §. §. 25. 26. Art. V. nach den Besitz 1. Januarii 1624. überlassen; die andere aber, so die Catholische in denen Protestantischen Landen noch hatten, mußten diesen verbleiben.

Wenn also die Protestantische Reichs-Stände denen Catholischen noch mehrere bona Ecclesiastica abzunehmen sich unterfangten, so wären die Catholische auch nicht verbunden, denen Protestanten auch diejenige bona Ecclesiastica, die sie durch den Westphälischen Frieden erlangt, weiters zulassen.

Die Transactio *de possessione bonorum Ecclesiasticorum* hat keine Connexion mit der Transactione Exercitii Religionis subditorum unter Catholischer Geistlicher Landes-Herrschaft. Es ware lang vorhero der Besitz deren Geistlichen Güttern zwischen beyden Theilen verglichen; da noch kein Catholischer Geistlicher Reichs-Stand ein Gedancken gehabt seinen Protestantischen Unterthanen das Exercitium Religionis nach der Observance des 1624sten Jahrs zu gedulten.

Es haben auch die Protestantische Reichs-Stände durch diesen §. 26. Art. V. sich nicht verbunden, daß sie denen Catholischen Unterthanen in ihren Territoriis, nach der Observance des 1624sten Jahrs, das Exer-

Neque Status A. Confessioni addicti per §. 26. Art. V. antea transactum, subditis suis Catholicis Exercitium liberum concedere volebant; id primùm sese quoque facturos per §. 32. Art. V. mutuò spondebant, postquam Catholici, quidam Ecclesiastici Status, suis subditis adversum Religionis Exercitium per §. 31. Art. V. indulserant.

De Monasteriis autem *Mediatis*, & *Fundationibus Sodalitiis*, in territoriis Protestantium sitis, jam diu ante per §. 26. Art. V. transactum fuerat, ut illa Catholicis juxta possessionem 1. Januar. 1624 conservari deberent; eò quòd illa Catolicis Ecclesiasticis, seu Regularibus, *vi Pacis Religiosæ* aufferri non possent. Protestantes autem Exercitium Publicum Religionis subditorum *non vi Pacis Religiosæ* (cùm illius præcipuum Caput esset, ne Status Statum in Reformatione Exercitii impediret,) sed vi *Prætensæ Declarationis Ferdinandinæ* petierunt; Advertentes autem, hanc Declarationem nunquam non à Catholicis rejici, Exercitium Religionis pro his subditis saltem ad anni

1624

citium Religionis Catholicæ gestatten wolten, sondern dieses ist erst durch den §. 32. Art. V. geschehen, nachdem etlich-Catholische Geistliche ein gleiches denen Protestantischen Unterthanen zuvor zugesagt.

Hingegen haben die Herren Protestanten die übrige bona *Mediata* Ecclesiastica Catholicorum, in Protestantium territoriis sita, selben zulassen, schon lang vorhero sich verbunden, weilen die Catholische solches kraft des Religions-Frieden forderten. Das Exercitium Religionis subditorum aber forderten die Herren Protestanten nicht kraft des Religions-Friedens, (dann der Haupt-Punct dieses Friedens ware, daß kein Reichs-Stand an der Anordnung des Exercitii Religionis subditorum dörfte gehindert werden;) sondern sie forderten solches kraft der vorgeblichen Declarationis Ferdinandi; da aber solche von denen Catholischen nicht anerkannt wurde, so forderten sie solches ob Pacta & Privilegia, wenigstens nach den Gebrauch und Besitz dieses Exercitii, im 1624sten Jahr, wenn die Unterthanen anderst erweisen könnten, daß sie solches unter Catholischer Landes-Herrschaft in diesem Jahr genossen haben.

Es kan also aus den Vergleich, welchen Chur-Pfalz anno 1705. mit Preussen gemacht, der Verstand des Instrumenti Pa-

1624 obſervantiam, *ob pacta, privilegia, & longum uſum*, poſtularunt, ſi tamen ſubditi ſub Catholicis Statibus, an. 1624 ſe tali Exercitio uſos fuiſſe probare poſſent.

Receſſus ergo, vel *Compoſito quædam* ab Electore Palatino cum Rege Boruſſiæ anno 1705 facta, verum Inſtrumenti Pacis ſenſum minime determinare poſſunt, neque à Rege Boruſſiæ ita dicta *Repreſſalia* (ſive Clarigationes, ſi tamen eæ permiſſæ forent,) *Repreſſalia* aut Clarigationes vocari poſſunt; Proteſtantes enim Vi §. 26. Art. V. Catholicis bona Eccleſiaſtica in territoriis Proteſtantium ſita, ad obſervantiam 1. Januarii 1624 relinquere debuiſſent, etſi Status Imperii Catholici Eccleſiaſtici ſuis ſubditis adverſæ Religionis Exercitium non toleraſſent. ſed neque Proteſtantes Exercitium Catholicæ Religionis Catholicis ſuis ſubditis in territorio proprio ulterius indulgere debuiſſent.

At Eccleſiaſtici Catholici (*quidam*) Imperii Status, illud vi §. 31. Art. V. indulſerunt; hinc Proteſtantes viciſſim Catholicum tolerare debent, vi §. 32. Art. V. Verùm Proteſtantes jam antea teno-

cis nicht bestimmet, weder die Preußische bedrohte und sogenannte Repressalien, wenn auch selbe wolten behauptet werden, als Repressalien angegeben werden; dann die Herren Protestanten hätten denen Catholischen Geistlichen ihre Clöster, ob sie schon in Protestantischen Territoriis entlegen, nach den Besitz des 1. Jenners 1624. überlassen müssen, wenn schon die Catholische Geistliche Reichs-Stände ihren eigenen Protestantischen Unterthanen das Religions-Exercitium nicht zugelassen hätte. NB. Es wären aber die Protestantische Reichs-Stände alsdann auch nicht schuldig gewesen, ihren andern Catholischen Unterthanen dasselbe im Land nach der Observance des 1624sten Jahrs zu gedulten. Die Catholische Geistliche Reichs-Stände gedulten solches nach der Observance des 1624sten Jahrs. Die Protestantische müssen solches gleichermassen gedulten. Noch über das aber, sind selbe wegen einer andern Handlung und Vergleichung des §. 26. Art. V. schuldig, denen Catholischen Geistlichen, ihre Clöster, Fundationes, und Sodalitia zuzulassen, gleichwie die Catholische denen Protestanten die denen Catholischen erst nach den Religions-Frieden abgenommene bona Ecclesiastica immediata & mediata überlassen. §. §. 14. & 25. Art. V. Wenn ein Weltlich-Catholischer Landes-Herr das

nore §. 26. Art. V. Catholicis, & Ecclesiasticis Monasteria Mediata, fundationes, Sodalitia, in territoriis Protestantium sita, illæsa relinquere debebant, postquam Catholici Status Protestantibus bona Ecclesiastica, post Pacem Religiosam Catholicis ablata, ad observantiam 1. Januarii 1624 jam cesserunt, §§. 14. & 25. Art. V. Si secularis Catholicus Imperii Status, suorum subditorum Religionis Exercitium adversum reformat, tunc vi actorum, & tabularum Publicarum nil contra Instrumentum Pacis Westph. agit. Si verò A. Confessioni addictus Imperii Status Catholicis *Monasteria Mediata, fundationes, sodalitia*, licet *in terris Protestantium sita* modò aufferret, tunc ille contra legem §phi 26. Art. V. peccaret, & talis *Contraventio Pacis*, *Repressalium*, *seu Clarigationum* Nomine, excusari minime posset.

X.

Intentio Paciscentium Statuum utriusque Religionis erat, ut Pax, unio, inter Status Imperii stabiliretur. Ergo Regula territorialis necessario restringenda erat, ne scilicet Dominus territoria-

lis

Exercitium Religionis adversæ seiner Unterthanen abändert, begehet derselbe nichts wider die Westphälische Friedens-Tractaten. Wann aber ein Protestantischer Landes-Herr denen Catholischen ihre Geistliche bona, Fundationes, und Monasteria mediata, etiam in terris Protestantium sita abnehmen wurde, so handlete derselbe wider das Gesatz §. 26. Art. V. und können dergleichen Gesetz-widrige Facta und contraventiones Pacis vor keine Repressalien angeben werden.

X.

Die Meinung deren Paciscirenden Theilen von beeder Religion ware, für das künftig und auf beständig Fried und Einigkeit unter einander zu stiften. Es hat also ohnmöglich die Regula territorialis, (daß ein Reichs-Stand von dem andern in Anordnung des Religions-Exercitii nicht mehr könnte abgehalten werden, oder, daß ein Catholischer Regent die Freyheit das Exercitium Religionis zu reformiren noch weiters habe,) unbeschränckt verbleiben können. Es ist ja die Beschwerde deren Protestanten wider die Catholische in diesem bestanden, daß die Catholische Reichs-Stände ihrer Protestantischen Unterthanen Exercitium Religionis reformirt hätten; da nun die-

lis Exercitium Religionis ſubditorum, reformandi libertatem haberet; Gravamen enim Proteſtantium iſtud erat, quòd Catholici Exercitium Religionis ſubditorum reformaſſent. Cùm ergo hoc Gravamen per §. 31. Art. V. compoſitum fuit, neceſſario ſequitur, Regulam territorialem, ſeu jus Reformandi per hunc §phum reſtrictum fuiſſe. Quomodo enim Pax inter Status utriúsque ſtabiliri potuiſſet, ſi Catholicis Statibus hæc libertas in ſubditos ipſorum, illæſa permanſiſſet?

Reſponſio. At, quomodo Proteſtantes Pacem ita ſtabiliendam fore ſibi perſuadere poterant, ſi Catholicis Statibus Regula territorialis, ſive Jus Reformandi, quod Præcipuum Pacis Religioſæ Caput erat, adimeretur? An à nutu & voluntate Proteſtantium dependebat, ut illi Soli Pacis ſtabiliendæ Media proponerent, & ſtatuerent? An Catholici Status Proteſtantium voluntati ſeſe ſubmittere obſtricti fuerant? NB. Pax concluſa à Paciſcentibus utriusque Religionis transacta fuit. Quinam ergo illi Status Catho-

ser Reformation durch den §. 31. Art. V. die Schrancken gesetzt worden, so ist auch die Regula Territorialis oder das Jus Reformandi beschränckt worden. Wie hätten sich dann die Paciscentes vorstellen können, daß der Fried und Einigkeit unter denen Reichs-Ständen bevestiget seyn solte, wenn die Catholische noch weiters zu reformiren die Freyheit haben solten?

Antwort: Wie hätten aber die Paciscirende Protestanten vernünftig einen beständigen Frieden und Ruhe zu erlangen hoffen können, wann sie denen Catholischen Reichs-Ständen auf beständig die Regulam territorialem, welche der Haupt-Punct des Religions-Friedens gewesen, beschräncken hätten wollen? hienge es dann blos allein von den Gegentheil ab, die Friedens-Mittel zu bestimmen? mußten die Catholische nur thuen, was die Protestanten denselben vorschreiben wolten? welche waren dann diejenige Catholische, die solche Meinung gehabt? der Kayser, der Churfürst aus Bayrn, der Herzog zu Neuburg erklärten ganz rund, daß sie sich die Regulam Territorialem nicht beschräncken wollen lassen. Wie hätten nun diese höchste und hohe Paciscentes denen andern Catholischen Reichs-Ständen solche beschräncken wollen? Die Geistliche Reichs-Stände verwillig-

tholici fuerunt, qui pro ſtabilienda Pace, Catholicis Statibus Jus Reformandi reſtringi debere conſenſerunt? Imperator, Elector Bavariæ, Dux Neoburgicus jus Reformandi ſibi reſtringi minime patiebantur; forte hi ipſi Paciſcentes Catholici, aliis ſtatibus Catholicis illud reſtringendum eſſe pacti ſunt?

Eccleſiaſtici Imperii Status, quorum intererat, denique conſenſerunt, ut §phus *Hoc tamen non obſtante &c.* quem Trautmansdorffius anno 1647 poſuerat, Inſtrumento Pacis insereretur. Cæſarei autem, primùm POST præſtitum hunc àb Eccleſiaſticis Statibus conſenſum, eundem §phum Inſtrumento Pacis denique inſerebant. *Volmarus* Cæſareanus clariſſimis verbis Proteſtantibus dixit: [*Eccleſiaſticos* Status denique *primum Autonomiæ gradum* (§. 31. Art. V.) admiſiſſe: ſeculares Status autem talia Exercitia in ſuis Provinciis non habere.] (g)

NB. Proteſtantes Exercitium Religionis in terris hæreditariis Imperatoris, non ideò poſtulabant; quòd Jus Reformandi Catholicorum Statuum reſtringi deberet; ſed quòd

(g) Tom IV. Act. P. W. pag. 920.

willigten endlich das Exercitium Religionis ihren Protestantischen Unterthanen, und nachdeme dieses geschehen, alsdann haben erst die Kayserliche den §phum *Hoc tamen non obstante &c.* (welchen Graf Trautmannsdorf anfangs verfasset, die Catholische aber verworffen,) wiederum in das Instrumentum Pacis hineingesetzt; dann der Kayserliche **Vollmar** sagte: (g) [Es hätten die Geistliche diesen ersten Gradum endlich verwilliget, die Weltliche aber hätten dergleichen Exercitia nicht.]

Die Herren Protestanten verlangten das Exercitium Religionis für die Protestantische Unterthanen in den Kayserlichen Erb-Landen nicht darumen, daß die Regula Territorialis Catholicorum solte aufgehoben seyn; sondern sie forderten dieses Exercitium ob Privilegia, & Majestatis litteras, welche die vorige Kayser diesen Unterthanen ertheilt hätten.

In der Obern-Pfalz suchten sie denen Unterthanen unter Chur-Bayrn, das Religions-Exercitium zu erhalten, NB. *per modum conditionis*; daß nemlich die Obere-Pfalz nur mit dieser Condition an Chur-Bayrn möchte überlassen werden. Sie sagten ja den Bayrischen Gesandten, da der

(g) Tom. IV. Act. P. W. pag. 920.

quòd ſubditi iſti antea ab Imperatoribus Privilegia, & Majeſtatis literas jam obtinuiſſent.

In ſuperiori Palatinatu, Proteſtantes ſubditis Exercitium Religionis conſervare volebant, *per modum Conditionis*, ne ſcilicet Palatinatus ſuperior Electori Bavaro relinqueretur, niſi *ſub tali conditione*. Paciſcentes autem Proteſtantes, (cùm §phus, *Hoc tamen non obſtante &c.* tranſigebatur,) Clariſſimis verbis Legato Bavaro dixerunt: [hunc §phum ad Palatinatum ſuperiorem ſeſe non extendere.] (h)

In Ducatu Neoburgico exigebant, ne Exercitium Religionis ſubditorum reformaretur, ob pacta,, ob Promiſſa,, ob teſtamentum Ducum Anteceſſorum,, ob Magnam pecuniarum ſummam Ducibus à ſubditis antea donatam. (i)

Proteſtantes anno 1645 Gravamina ſua exhibebant. Reſpondebant ad ea Catholici. Sed Proteſtantes nil amplius reſpondentes, Statim Pacis Media proponebant. De conſtituendo autem *anno Normali aut Decretorio* nec ipſi quidem cogitabant.

Re-

(h) Tom. I. Act. Execut. Pac. pag. 875.
(i) Tom. IV. Act. P. W. pag. 67. 68.

der §. 31. Art. V. Hoc tamen non obstante &c. verglichen worden, daß dieser §phus auf die Obere-Pfalz sich nicht erstreckte. (h)

Im Neuburgischen forderten sie solches ob Pacta, ob Promissa,, ob testamentum Ducum antecessorum, ob pecuniarum summam ducibus antea à subditis Protestantibus datam. &c. (i)

Die Herren Protestanten überreichten anno 1645. ihre Beschwerden. Die Catholische antworteten. Die Herren Protestanten aber widerlegten solches nicht; sondern machten die Friedens-Vorschläg. Sie denckten aber an kein NORMAL-**Jahr**, Die Restitutionem ob motus Bohemicos, oder wegen den Krieg, verlangten sie in statum ante motus Bohemicos, oder respective in statum des 1618ten Jahrs. Für das Religions-Exercitium aber deren Unterthanen in ganzen teutschen Reich,, oder zu Stiftung eines beständigen Friedens verlangten sie kein gewisses Entscheid-Jahr. Sondern deroselben einziges Fundament (laut ihrer eigenen Wort (k) für das Religions-Exercitium etlicher Unterthanen, ware die blosse Declaratio Ferdinandi. Kraft

(h) Tom. I. Act. Execut. Pacis pag. 875.
(i) Tom. IV. Act. P. W. pag. 67. 68.
(k) Tom. III. Act. P. W. 243.

Restitutionem, ob bellum, ob motus Bohemicos, postulabant, ut ea fieret ad Statum ante hos motus, scil. ad ann. 1618. Pro Exercitio autem Religionis subditorum in Imperio, aut pro stabilienda Pace, annum *quemdam Decretorium* Decernendum esse nec somniarunt. Sed *Causam unicam*, *solúmque fundamentum* pro Exercitio Publico quorumdam subditorum tolerando, allegarunt prætensam Declarationem Ferdinandi; (k) Vi hujus, tanquam *solius Fundamenti*, petebant *Exercitium publicum* pro quibusdam subditis Catholicorum Statuum. Tale Compositionis & Pacis stabiliendæ medium offerebant Mense Junio 1646. (l) Nulla ibi Mentio de anno Normali 1618, aut 1624. NB. Postularunt jam antea, mense Februario, ut Exercitium Publicum subditis modò ablatum, iterum resticueretur, etiamsi illud anno 1618 non amplius habuissent, idque vi *Declarationis Ferdinandi* exigebant. (m)

Catholici hanc postulationem rejiciebant;

(k) Tom. III. Act. P. W. pag. 243

(l) Tom. III. Act. P. W. pag. 164.

(m) Tom. II. Act. P. W. pag. 570.

Kraft dieser forderten sie das Exercitium an etlichen Orten. Und diesen Vorschlag machten sie anno 1646. im Junii. (l) Sie bestimmten weder das 1618te noch das 1624ste Jahr. Sie verlangten, (wann auch das Exercitium Religionis adversæ im 1618ten Jahr nicht mehr in Gebrauch gewesen) daß selbes solchen Unterthanen vermög der Ferdinandischen Declaration doch auf ewig verbleiben solte. (m)

Die Catholische schlugen dieses Verlangen ab; dann sie erkannten die Declarationem Ferdinandi nicht vor giltig. Die Protestanten verharrten aber auf den alten Vortrag, und forderten im Junio 1646. nochmahlen das Exercitium Religionis kraft der Ferdinandischen Declaration: Sie sagten wiederum kein Wörtlein von einen Normal-Jahr. Allein deren Catholischen Antwort ware die alte.

Endlich deliberirten die Herren Protestanten **unter sich**, wie sie es anschicken solten, um ihre Forderung ad effectum zu bringen? Sie sagten: [Daß sie kein anderes Fundament hätten, das Exercitium publicum zu begehren, als die Declaratio-

(l) Tom. III. Act. P. W. pag. 164. 23.
(m) Tom. II. Act. P. W. pag. 570.

bant; Declarationem enim Ferdinandi non agnoſcebant. Proteſtantes priorem poſtulationem, Menſe Junio 1646 iterum repetebant, ut vi Declarationis Ferdinandi Exercitium his ſubditis reſtitueretur, & concederetur. De anno quodam Decretorio ſtabiliendo nullam faciebant mentionem. Cæſarei, & Catholici iterum rejecerunt petita iſta.

Deliberabant igitur Proteſtantes, quid facerent, ut Exexcitium pro his ſubditis obtinerent à Catholicis Statibus? Ajebant: [ſeſe nullum aliud fundamentum pro *Exercitio Publico* tolerando habere, niſi ſolam Declarationem Ferdinandi.] (n) Cùm verò Catholici eam ſemper rejicerent, hinc ab hoc fundamento prætenſæ Declarationis *nominetenus* abſtrahebant, & aliud fundamentum ponebant, nempe Pacta, Privilegia, & longum uſum hujus Exercitii ſub Catholicis Statibus; inquiebant enim; [Cautè agendum eſſe, ne ipſi (Proteſtantes) talia à Catholicis Statibus poſtulantes, principium Proteſtantium (quod jus Reformandi ſuperioritati territoriali annexum eſſet) everterent.] (o)

Con-

(n) Tom. III. pag. 243. (o) Tom. III. pag. 246.

nem Ferdinandi. (n) Weilen also die Catholische solche nicht annahmen, so abstrahirten sie von solcher, und setzten zu einem Fundament die Pacta, Privilegia &c. Sie sagten: [Man müsse Obacht tragen, daß durch diese Forderung, das von denen Evangelicis jederzeit behauptete Fundament (daß das Jus Reformandi Religionem dem Juri territoriali seu superioritati anhängig seyn solle,) nicht aufgehoben werden möge.] (o) Sie machten also den Schluß, von der Declaratione Ferdinandi, den Nahmen nach, zu abstrahiren, und das Religions-Exercitium für diese Unterthanen nach der Observance des 1621sten, (und gleich darauf des 1624sten Jahrs) zu begehren; sie hätten zwar gewunschen, daß sie solches Exercitium Religionis auf kein gewisses Jahr hätten einschräncken müßten. (p) Allein sie seheten vor, daß die Catholische die Declarationem Ferdinandi nimmermehr anerkennen wurden.

Hierauf machten sie ihren Aufsatz, und forderten solches Exercitium, ob Pacta, Privilegia, nach den Gebrauch des 1624sten Jahrs: [wenn aber die Catholische solches

(n) Tom. III. Act. P. W. pag. 243.
(o) Tom. III. Act. P. W. pag. 246.
(p) Tom. III. pag. 241.

Concludebant igitur, à Declaratione Ferdinandi nominetenus esse abstrahendum, ac Exercitium Religionis horum subditorum, ob pacta, privilegia, & longum usum, juxta observantiam anni 1621, (1624) petendum esse. Optassent equidem, ne indulgentia hujus Exercitii ad certum annum tantùm restringeretur. (p) Sed, cùm certò scirent, Catholicos Declarationem Ferdinandi nunquam suscepturos, hinc restringebant usum Exercitii, deinceps indulgendi, ad solam observantiam anni 1624, si subditi probare possent, quòd hoc anno sub Catholico Statu id habuissent.

Hinc petitionem suam pro Exercitio publico ad usum & observantiam anni 1624 jam restringebant; declarantes, si Catholici hanc indulgentiam renuerent, Protestantes à Declaratione Ferdinandi minime esse discessuros. (q)

NB. Legatus Comitum Franconiæ, monebat Collegas suos: [quòd Declaratio Ferdinandi ad *Solos Mediatos*, qui ANTE PACEM RELIGIOSAM tale Exercitium habuissent, restricta esset.] (r)

De-

(p) Tom. III. pag. 241. (q) Tom. IV. pag. 66.
(r) Tom. III. pag. 246.

nicht wurden zulassen, so wolten die Protestantische von ihrem Fundamento Declarationis Ferdinandi nimmermehr weichen.] (q)

NB. Der Gesandte Fränckischer Grafen erinnerte auch seine Herren Collegen, [daß die Declaratio Ferdinandi **allein** auf diejenige Mediatos, die **vor** dem Religions-Frieden das publicum Exercitium gehabt, restringirt seye.] (r)

Der Graf Trautmannsdorf willigte endlich in dieses Verlangen, und verfaßte hierauf den §. 31. Art. V. *Hoc tamen non obstante &c.* welchen zwar die intereßirte Catholische verwarffen, doch am Ende, (weilen einige Protestantische Zelanten, (über welche dero Collegæ selbst unwillig wurden) von deme, was der Graf Trautmannsdorf durch diesen §phum einmahl zugelassen, nicht abweichen wolten,) zu Beförderung des Friedens-Schlusses angenohmen haben.

Dieses ist die wahre Geschicht, wie selbe in denen Actis und Protocollis Protestantium zu lesen. Es ist also ein arglistiges

(q) Tom. IV. pag. 66.
(r) Tom. III. pag. 246.

Denique Comes Trautmansdorffius petitioni huic annuebat, & §phum *Hoc tamen non obstante &c.* conscripsit. Rejiciebant illum Catholici; at, urgentibus vehementioribus Protestantibus quibusdam (quorum audacia & vehementia Protestantibus pluribus displicebat) denique consenserunt.

Hæc ex actis & tabulis Publicis ipsorum Protestantium manibus conscriptis desumpta sunt. Vana igitur sunt verba, quibus Lectorem decipere student quidam scriptores adversæ Partis, quòd Paciscentes, ad firmandam Pacem inter Status Imperii, *annum quemdam Decretorium* pro Exercitio Religionis subditorum in perpetuum stabiliendo, ad tranquillitatem, & unionem conservandam, selegerint; Nullus enim Legatorum Protestantium de anno quodam Normali 1618, vel 1624 stabiliendo cogitabat. Restitutio ex Capite amnestiæ fiebat ad Statum ante motus Bohemicos, seu ad annum 1618. De anno autem 1618 decretorio pro stabiliendo Exercitio Religionis nemo somniabat. Postquam

autem

Blendwerck, wenn man saget: [Daß die Paciscentes ein Normal- oder Entscheid-Jahr in dem teutschen Reich zur beständigen Ruhe und Friede hätten machen wollen; dann kein einziger Protestantischer Gesandte denckte an ein Entscheid Jahr, pro observantia Exercitii Religionis *subditorum omnium* im teutschen Reich, weder nach der Observanz des 1618ten, weder des 1624sten Jahrs. Die Restitutio ex Capite amnestiæ mußte geschehen ad Statum ante motus Belli, mithin respectivè ad annum 1618. Von einem 1618ten Entscheid-Jahr pro Exercitio Religionis subditorum ist kein Buchstaben zu lesen. Sondern, nachdeme die Herren Protestanten mit der Declaration Ferdinandi nicht auslangen könnten, so haben sie sich endlich entschlossen, daß sie für solche Unterthanen (welchen die vorgebliche Declaratio Ferdinandi, favorisirte) wenigstens das Exercitium Religionis nach dem Gebrauch des 1624sten Jahrs erhalten wolten, welches sie auch endlich erhalten; und also ist diese Observance des 1624sten Jahrs zu einer Regul des beständigen Exercitii Religionis für jene Unterthanen verglichen worden, welche solches unter Catholischer Landes-Obrigkeit genossen zu haben erweisen könnten.

autem Proteſtantes intellexerunt, Catholicos Declarationem Ferdinandi (quam Proteſtantes pro unico fundamento Exercitii tolerandi poſuerant) ſemper rejicere; tunc concluſerunt àb ea eſſe abſtrahendum, & pro his ſubditis (quibus Declaratio Ferdinandi favebat) Exercitium Religionis, ſaltem ad anni 1624 obſervantiam peti debere; quod denique Catholici indulgebant; & ſic obſervantia Exercitii Religionis, in anno 1624, Regula facta eſt Exercitii Religionis illis ſubditis reſtituendi, & dein permittendi, qui probare poſſent, ſe ſub Catholicis Imperii Statibus illud hoc anno poſſediſſe.

Pax tali modo Concluſa, & Gravamina àb utriusque Religionis Statibus ita compoſita fuerunt. At Paciſcentes Catholici Pacem iſtam minime tali modo concludebant, ut Ipſi Proteſtantibus, quidquid hi *poſt* hanc Concluſam Pacem à Catholicis poſtularent, indulgere deberent. NB. Conventum erat *inſuper* inter utriusque Religionis Status, [*majoris Concordiæ inter Status conſervandæ cauſa, quòd nemo alie-*

nos

Der Fried wurde auf diese Art vor beständig gemacht, und die bisherige Gravamina von beyden Theilen verglichen. Man hat aber keinen solchen Frieden gemacht, das, was ins künftig von denen Protestanten weiters gefordert solte werden, solches denenselben von denen Catholischen Reichs-Ständen nachgegeben werden müsse. NB. Es wurde verglichen, daß kein Stand des andern Unterthanen in Religions-Sachen wider ihren Landes-Herrn in Schutz nehmen solle. § 30. Art. V.

Die Protestanten sagten selbsten: [Daß kein Regent, wenn er Catholisch wurde, oder demselben ein Protestantisches Land zukommete, daß offentliche Religions-Exercitum deren Unterthanen zu gedulten könnte gezwungen werden. (s)

Ein jeder Theil halte also nur dasjenige, was bey diesen Tractaten verglichen worden, so wird beständiger Friede unter denen Ständen verbleiben. Die Unterthanen müssen nicht wider ihren Landes-Herrn geschützet werden, und also werden die Ungehorsame bald zum Gehorsam gebracht werden. Die

(s) Tom. III. Act. P. W. pag. 251. 252.

nos subditos ad suam Religionem pertrahere, eave de causa in defensionem aut protectionem suscipere, illisve ulla ratione patrocinari debeat.] §. 30. Art. V.

Ipsi Protestantes dixerunt: [Dominum territorialem Catholicum, si ei Provincia adversæ Religionis obtingeret, aut si talis ad Catholicam Religionem transiret, ad tolerandum publicum Exercitium, subditorum cogi non posse. (s)

Hæc igitur, quæ *majoris Concordiæ inter Status Paciscentes conservandæ causa*, cùm per Pacem Religiosam, tum per Westphalicam transacta fuerunt, fideliter tantùm observentur, tunc Unio, Pax, & Concordia Statuum florebit. Subditi contra proprios Dominos non protegantur, & ab aliis propter Religionem in defensionem ac Protectionem non suscipiantur: Nec Isti Dominis suis in Negotio Religionis legem præscribere audeant; Præcipuum enim Pacis Religiosæ Caput est, Ne Status Imperii in Dispositione Exercitii impediatur. Et sic erit Pax, tranquilitas, Unio, quam DEUS infinite misericors donare velit.

XI.

(s) Tom. III. Act. P. W. pag. 251. 252.

Unterthanen können ihren Landes-Herrn keine Gesätze in Religions-Sachen vorschreiben; dann dieses ist das Haupt-Fundament, so die Herren Protestanten selbsten aufgebracht. Wenn all dieses vollzohen wird, so bleibt Ruhe, Fried, und Einigkeit, welche GOtt des Friedens geben wolle.

XI.

Dubia circa ſenſum Inſtrumenti P. W. non aliter quàm per amicabilem Compoſitionem utriusque partis dirimi poſſunt; Nullus enim ad deciſionem faciendam Judex datur. Catholici, & Proteſtantes de vero ſenſu §. 31. Art. V. *Hoc tamen non obſtante &c.* litigant. Contradictio ergo iſta, & *dubium* non niſi per amicabilem Compoſitionem tolli poterit.

Reſponſio. Si Acta, & tabulæ publicæ intentionem Paciſcentium clarè demonſtrant; nulli dubio, aut Proteſtationi locus eſſe poteſt. Nulla enim proteſtatio contra Paciſcentium intentionem attentenda eſt. Si *quævis* proteſtatio, aut *dubium* circa hanc P. Weſtphal. transactionem locum haberet, ita, ut non niſi per *novam* amicabilem compoſitionem id tolli poſſet; tunc nunquam transactio iſta Pragmatica firmè ſubſiſteret.

Evidentiſſimè autem ex actis & tabulis Publicis demonſtratur, Paciſcentes hanc intentionem, qualem hæc folia exhibent, habuiſſe.

Tria

XI.

Die über den Verstand Instrumenti Pacis sich anbegebende Dubia, oder Zweifel, können nicht anderst als durch freundlichen gemeinschaftlichen Vergleich (weilen sonst kein Richter vorhanden) beygelegt werden. Die Protestanten und die Catholische sind strittig über den wahren Verstand des §. 31. Art. V. Hoc tamen non obstante &c. mithin ist derselbe zweifelhaftig. Die Protestanten widersprechen dasjenige, was die Catholische durch diesen §phum behaupten wollen. Folglich kan dieser Widerspruch, dieser Zweifel, dieser Streit, nur per amicabilem compositionem utriusque partis gehoben werden.

Antwort. Wann die wahre Meinung deren Paciscenten aus denen Actis und Protocollis sicher und unwidersprechlich zuerkennen ist, so kan niemand selbe bezweiflen, weder einen Widerspruch, oder Protestation darwider machen. Die Paciscentes haben sich verglichen, und alle wider diesen Vergleich zumachende Protestationes verworffen. NB. Wann jede Bezweiflung, und Protestation wider diesen gethanen Vergleich, wiederum einen neuen Vergleich, (um solchen muthwilligen Zweifel und Widerspruch zu heben,) erforderten, so wurden

die

Tria Imperii Collegia anno 1649 Deputatos ad Restitutionem & Executionem decernendam monuerunt, ut, si variæ Instrumenti Pacis interpretationes à Partibus fierent, ad Acta & tabulas Publicas recurrerent, non verò, ut *de novo* ab utriusque Religionis Statibus nova semper institueretur amicabilis Compositio. (t)

Protestantes §phum 31. Art. V. *Hoc tamen non obstante &c.* ita interpretantur, quòd Paciscentes utriusque Religionis Status, intentionem habuerint, ut annus Decretorius constitueretur pro stabiliendo Exercitio *omnium* subditorum per totum Imperium, & ita quies & Pax in futurum stabiliretur. Catholici id negant. Hæc Catholicorum Contradictio injusta esset, si contra Mentem Paciscentium foret.

Quomodo ergo hoc dubium, hæc Controversia, à Protestantibus excitata, decidi debet? Fortè *nova* amicabili compositione opus est, ut sensus hujus §phi declare-

(t) Tom. I. Act. Execut. Pacis pag. 94.

die Paciſcentes oder Tranſigentes niemahlen einen ſicheren beſtändigen Vergleich machen können.

Daß aber die Paciſcentes utriusque Religionis bey denen Weſtphäliſchen Friedens-Tractaten, den §. 31. Art. V. Hoc tamen non obſtante &c. alſo verglichen haben, wie derſelbe in dieſen Blättern vorgezeigt worden, das geben die Acta und Protocolla ſicher, und unwiderſprechlich.

Die drey Reichs-Collegia haben anno 1649 (t) die Deputirte ad reſtitutionem, & executionem decernendam, an das Inſtrumentum Pacis, und, wann über deſſen Verſtand verſchiedene Interpretationes entſtehen wurden, auf die Acta und Protocolla, nicht aber auf einen neuen Vergleich angewieſen.

Die Herren Proteſtanten interpretiren den §. 31. Art. V. dahin, daß die Paciſcentes utriusque Religionis **zu Beveſtigung der Ruhe ins künftige, das 1624. Jahr, zu einen Entſcheid-Jahr geſetzt hätten, nach welchen im teutſchen Reich, an allen Orten, das** Exercitium Religionis **aller Unterthanen verbleiben**

(t) Tom. I. Act. Execut. P. pag. 94.

claretur? Minime; Acta enim & Publicæ tabulæ clarissime Mentem Paciscentium declarant.

Cæsareani, & Catholici de constituendo anno Decretorio, ad stabiliendum Religionis subditorum *omnium* Exercitium nunquam cogitabant. Legantur Acta & Tabulæ Publicæ, de Conferentiis anno 1647 inter Cæsareanos & Protestantes institutis. Repugnant ipsa verba Protestantium ibi scripta novæ huic interpretationi, quam quidam juniores scriptores adversarii de hoc §pho 31. Art. V. confingunt.

In *tertio Consessu* 6. Februarii 1647 (ubi de tolerando Exercitio publico quorumdam subditorum sermo erat,) *Tumbshirnius*, unus è Protestantium Deputatis ad Cæsareanos ajebat: [Loca, pro quibus Exercitii Publici usus petebatur, *specifice* nominari debere; eo quòd Protestantes ad duo in suo petito respicerent, nempe (1) *ob Pacta & Privilegia:* (2) Ad longum usum hujus Exercitii, seu ad terminum anni 1624.] (u)

NB.

(u) Tom. IV. Act. P. W. pag. 66.

ben mußte. Die Catholische widersprechen dieses. Dieser Widerspruch wäre freylich ungiltig, wenn er wider die Meinung deren Paciscenten behauptet wurde. Nun

Wie ist dann dieser Streit zu heben? ist es vielleicht nöthig, wiederum einen neuen Vergleich zu treffen, wie dieser §phus zu verstehen seye? Auf keine Weis. Die Acta und Protocolla zeigen unwiedersprechlich die wahre Meinung deren Paciscenten utriusque Religionis.

Die Kayserliche, und Catholische gedenckten an kein Entscheid-Jahr. Man lese nur die Protocolla, welche bey denen Conferenzien zwischen denen Kayserlichen und zwischen denen Protestanten anno 1647. gehalten worden. Tom. IV. Act. P. W. pag. 61. 62. &c. 65. 66. &c. Es ist ohnmöglich die Wort deren Protestanten, und deren Kayserlichen, wie selbe in diesen Conferenzien gesprochen haben, auf jenen Verstand zu drehen, welchen die jüngere Protestanten diesen §pho 31. Art. V. zu dichten.

In der dritten Conferenz 1647. am 6. Februarii, da die Rede ware von der Gedultung des Exercitii publici, sagte der von Tumshirn zu denen Kayserlichen: [Es könnte nicht schaden, wenn man die Ort, für welche die Protestanten das Exercitium

NB. Cæſareani antea jam indulſerant Exercitium iis ſubditis, qui à Dominis ſuis Catholicis *Pacta & Privilegia* pro ejus uſu obtinuerant. At illud indulgere nolebant ob *ſolum uſum*, absque Pactis. Hinc Tumshirnius dicebat: [Proteſtantes ad duo reſpicere, nempe, ad Pacta,, & ad longum uſum, ſive ad terminum anni 1624; non enim omnes ſubditi, qui illud *ex uſu* habebant, Pacta aut Privilegia ad ipſum Exercitium à Dominis ſuis obtinuerant; ſed Domini tantùm connivebant. Ideo Loca iſta, quia *pacta* aut privilegia non obtinuerant, ſpecifice nominari, hisque Exercitium indulgeri debere petebant.

Reſpondebat Trautmansdorffius: [Ergone petunt pro his ſubditis Exercitium ad normam anni 1624? reponebant Deputati: ita] Trautmansdorffius dixit: [ſeſe locuturum cum aliis. *Langenbekius*, (è Proteſtantium numero) addebat: ſeſe ſperare, id facile à Catholicis fore concedendum.] (x)

Quis

(x) Tom. IV. Act. P. W. pag. 66.

publicum begehrten, in specie declarirte; dann es würde diesfalls (von denen Protestanten) auf zweyerley gesehen, (1) auf das Herkommen, und den Termin 1624. oder (2) wo Pacta und Privilegia vorhanden wären.] (u)

NB. Die Kayserliche hatten schon vorhero das Exercitium publicum zugesagt, wo Pacta und Privilegia denen Unterthanen ertheilt worden. Aber wegen den blossen Herkommen, und solum usum Exercitii, welches vorhero der Catholische Landes-Herr, aus blossen guten Willen nachgesehen, hat der Graf Trautmannsdorf selbes noch nicht versprochen. Mithin sagte der von Tumbshirn: daß die Protestanten auf **zweyerley** ihr Absehen hätten, nemlich 1*mò*. auf die *Pacta* und *Privilegia*, und 2*dò*. auf das **Herkommen**, oder auf den *Terminum* 1624; dann nicht alle, welche den usum Exercitii zuvor genossen, haben solchen ex Pactis & Privilegiis bekommen, sondern *ex solo usu*, aus den **Herkommen**; dahero vermeinten sie, daß einige Ort in specie declarirt solten werden, (wie die Protestanten solches zuvor gethan,) daß solche Ort das Exercitium beybehalten dörften ob solum usum anno 1624; dann nicht alle hatten Pacta oder Privilegia darzu bekommen.

(u) Tom. IV. Act. P. W. pag. 66.

Quis ſanæ mentis compos jam dicere audeat, quòd Cæſarei & Catholici unà cum Proteſtantibus hanc intentionem habuerint, ut hic annus Decretorius pro ſtabiliendo Exercitio Religionis *omnium* ſubditorum per totum Imperium, ad firmandam Pacem, & tranquilitatem ſtatueretur?

Trautmansdorffius utique à Proteſtantibus ſcire cupiebat, num Exercitium Publicum pro his ſubditis ad anni 1624 normam peterent? Fortè ipſe talem annum Decretorium conſtituere jam volebat? An Cæſar talem intentionem habuit? An Catholici etiam hujus mentis erant, ut talis conſtitueretur annus Normalis? Minime; Proteſtabantur utique contra hanc tumultuariam, & ſine conſenſu Catholicorum factam indulgentiam, cui denique in fine tractatuum conſenſum præbuerunt.

Sole ergo clarius ex actis & Publicis tabulis elucet, *dubia*, & *interpretationes* has à Proteſtanticis Scriptoribus factas, Intentioni Paciſcentium evidentiſſime eſſe contrarias.

Cæ-

Graf Trautmannsdorf sagte: [Begehren sie es dann (das Exercitium publicum vor diese Unterthanen) in dem Stand, wie es anno 1624. gewesen? Deputati: Ja] Graf Trautmannsdorf hierauf: [Wolten sie es mit dem andern reden] Herr Langenbeck: [Wolle nicht hoffen, daß dieser Punct grosse Difficultäten geben werde.] (x)

Kan nun die gesunde Vernunft diese Acta und Protocolla dahin drehen, daß die Kayserliche, und Catholische, mit denen Protestanten, durch diesen §phum *Hoc tamen non obstante &c.* zu Bevestigung der Ruhe ins künftig, das 1624ste Jahr zu einen Entscheid-Jahr, nach welchen das Exercitium Religionis an **allen** Orten für **alle** Unterthanen gedultet werden müsse, hätten verordnen wollen?

Graf Trautmannsdorf fragte ja die Protestantische Deputirte: [begehren sie es dann in den Stand, wie es anno 1624. gewesen?] Hatte dann Graf Trautmañsdorf auch das Absehen, ein solches Entscheid-Jahr zu bestimmen? hatte vielleicht der Kayser ein solche Meinung? haben vielleicht die andere Catholische Reichs-Stände solches Absehen geführt? Nein; sie protestirten ja wider die voreilige Einwilligung des Grafens; doch liessen sie es am Ende darbey bewenden.

(x) Tom. IV. Act. P. W. pag. 66.

Cæſarei & Catholici jam anno 1646 cum Proteſtantibus de poſſeſſione bonorum Eccleſiaſticorum, ad normam, & poſſeſſionem 1. Januarii 1624 tranſegerunt, & hunc annum, primamque Januarii diem pro norma Decretoria poſſeſſionis futuræ ſtatuerunt, ut ſic Pax & tranquilitas inter Status ſtabiliretur.

Hinc Reſtitutio IN ECCLESIASTICIS (ſive bonorum Eccleſiaſticorum) transacta fuit. Verba autem iſta, IN ECCLESIASTICIS, de *Religionis Exercitio* ſubditorum intelligi nequeunt; Poſſeſſio, *Reſtitutio in* ECCLESIASTICIS *bonis*, diverſiſſima eſt, à *Religione ipſa*, ſive *ab Exercitio Religionis*. Deputati Proteſtantes, cùm tractatio eſſet de bonis Eccleſiaſticis, ad Comitem Trautmansdorff ajebant: [non eſſe nunc ſermonem *de Religione ipſa*, ſed *de bonis Eccleſiaſticis*. (y)

Ex actis & tabulis Publicis fabula quoque de *Prærogativa* Proteſtantibus per Art. VII. §. 1. (excluſis Catholicis) conceſſa, ever-

(y) Tom. IV. Act. P. W. pag. 53.

Aus diesen erhellet also Sonnen-klar, daß dergleichen Bezweiflungen des Instrumenti Pacis, nur vorsetzliche Verdrehungen seyen, zu deren Entscheid es gar keines neuen Vergleichs nöthig hat, sondern die Acta und Protocolla zeigen unwidersprechlich die wahre Meinung deren Paciscenten.

NB. Die Kayserliche und Catholische haben sich bald mit denen Protestanten auf ein Entscheid-Jahr, (nemlich auf 1624. am 1. Jenner dieses Jahrs) wegen den Besitz deren Geistlichen Gütern verglichen, um die Ruhe ins künftige zu bevestigen; dahero mußte alles NB. IN ECCLESIASTICIS nach dieser Observance, und Besitz *Ecclesiasticorum*, (deren Geistlichen Gütern) restituirt werden, und verbleiben. Aber diese Wort, *in Ecclesiasticis*, sind nicht von der *Religione ipsa subditorum* zu verstehen; die *bona Ecclesiastica*, (der Besitz Geistlicher Güter,) ist ganz was anderes, als die *Religio*, oder, als das *Exercitium Religionis subditorum*. Die Protestantische Deputirte sagten ja zu den Graf Trautmannsdorf, da sie wegen denen Geistlichen Gütern tractirten: [Man rede **ja nicht** de Religione ipsa, **sondern von Geistlichen Gütern**] (y)

Es erhellet weiters aus denen Protocollen, wie schändlich einige Protestantische

(y) Tom. IV. Act. P. W. pag. 53.

evertitur; quòd ſcil. Statibus Proteſtantibus tantùm conceſſum fuiſſet, in Reſidentia habere Exercitium Religionis ſuæ. Legantur Acta: Proteſtantes conqueſti fuerunt, quod Dux Neoburgicus Catholicus, Solizbacenſi Comiti Palatino Exercitium aulicum non permitteret. Reſpondebat Trautmansdorffius: Quòd, ſi ita ageret Neoburgicus, malè ageret. (z) [Præſuppoſitô autem, quòd Duci Neoburgico competeret Jus territoriale, Solizbacenſi tamen Exercitium Aulicum concedendum eſſe.] (a)

NB. Proteſtantes conquerebantur contra Reformationem Ducis Neoburgici circa Exercitium Religionis ſubditorum, & ipſius Solizbacenſis Comitis Palatini. Comes Trautmansdorffius aſſerebat: quòd Solizbacenſi Exercitium Aulicum concedi deberet, non verò ſubditis. Per Reverſales autem Haſſo-Caſſelanas Principi hæreditario Catholico, nunc *Domino Territoriali*, à propriis ſubditis ipſius, Exercitium Religionis ad Cubile quoddam relegatum fuit; & tamen tales Reverſales Paci

West-

(z) Tom. IV. Act. P. W. pag. 67.
(a) Ibid. pag. 69.

Scribenten den Art. VII drehen und sagen: [Es wäre noch lang nicht ausgemacht, ob ein Catholischer Landes-Herr sein Privatum Exercitium Religionis in seiner Residenz haben könne?] NB. Die Herren Protestantische Deputirte beschwerten sich gegen den Grafen Trautmannsdorf, daß der Catholische Herzog zu Neuburg dem Pfalzgrafen zu Sulzbach so gar das Religions-Exercitium in der Residenz zu Sulzbach nicht gestatten wolte. Graf Trautmannsdorf antwortete: [Wenn dieses wäre: so hätte der Herzog unrecht daran gethan.] (z) [Præsupposito aber, daß Pfalz-Neuburg die Landes-Fürstliche Hoheit habe, und behalte: so wäre dargegen Pfalz-Sulzbach bey seinem Exercitio Aulico zu lassen rc.] (a) NB. Die Protestanten klagten wider die Reformation des Herzogs zu Neuburg; weilen derselbe das Exercitium Religionis subditorum reformirte; Graf Trautmannsdorf behauptete, daß der Herzog Præsupposito Jure territoriali solches Jus Reformandi habe, doch solte dem Pfalzgrafen zu Sulzbach, das Exercitium Aulicum verbleiben. In denen Hessen-Caßlischen Reversalien aber wird der selbst **Regierende**, und Territorial-Lands-Herr von seinen Unterthanen in ein Hof-Zimmer mit dem

(z) Tom. IV. Act. P. W. pag. 67.
(a) Tom. IV. Act. P. W. pag. 69.

Westphalicæ consentaneæ à Protestantibus declarantur!

Judicet nunc sanæ Mentis Compos, an ista dubia, & turpes Instrumenti Pacis Westph. interpretationes nova amicabili Compositione Statuum utriusque Religionis decidi debeant? cùm Acta & Protocolla, sole clariùs, contrariam Paciscentium Mentem declarent.

XII.

Prohibitæ sunt §. 50. Art. V. Inst. Pac. Westph. interpretationes Pacis Religiosæ & Westphalicæ. Ergo interpretatio in his foliis facta illicita, & pro vero Instrumenti Pacis sensu minime recipi potest. Sequeretur etiam, supposità veritate hujus interpretationis, quòd Reversales à Statibus Imperii Catholicis quibusdam, subditis extraditæ, etiam ab Imperatore postea Confirmatæ, tanquam invalidæ, & menti Paciscentium contrariæ censeri deberent. Folia igitur ista de Jure Reformandi à me hactenus conscripta, Pacem potius turbantia, quàm promoventia, judicanda sunt.

Respon-

Exercitio Religionis eingesperret, und dieses alles soll den Westphälischen Friedens-Tractaten gemäß seyn!

Die gesunde Vernunft urtheile nun, ob dergleichen Bezweifflungen, und schändliche Drehungen des Gegentheils, nur allein durch eine neue amicabilem compositionem gehoben müssen werden; da die Acta und Protocolla so Sonnen-klar das Widerspiel zeigen.

XII.

Die Interpretationes des Religions- und Westphälischen Friedens sind §. 50. Art. V. verbotten; mithin kan deren wahrē Verstand durch die bishörige Erklärung, und Interpretation dieser Blätter nicht bestimmet werden. Es folgte auch, daß die häuffige bishero von denen Catholischen Reichs-Ständen ihren Protestantischen Unterthanen so schuldig, als willig ertheilte, auch von dem Kayser selbsten confirmirte Reversales, durch diese Interpretation vor ungiltig anzusehen wären; mithin können diese neuere Impressa nicht anderst als vor unerlaubte ungiltig- und unter denen Reichs-Ständen Friedens-stöhrende Schriften gehalten werden.

Antwort. Es kommt weder einen einzelen Reichs-Stand noch vielweniger also

einem

Responsio. Nulli licet Instrumentum Pacis Religiosæ, aut Westphalicæ *authenticè* interpretari. [Alia autem est interpretatio *Authentica*, alia verò ex ipsa historia & circumstantiis, (ob quas hæc Pax tali modo conclusa fuit,) desumpta declaratio, quæ nullibi prohibita legitur; imo ista tam *utilis*, quàm *necessaria* dici debet.] Ita loquitur Author è Protestantium cætu: de validita te Reversalium Hasso-Casselanor: pag. 22. §. 31.

Lustrentur singula mea folia, nil ibi invenietur, nisi verba ex ipsis actis & tabulis publicis desumpta, quæ mentem Paciscentium clarissime declarant. Num ita agendo contra Legem §. 50. Art. V. Inst. Pac. peccaverim, penès alios judicium esto.

An verò Litteræ hujusmodi *Reversales*, (uti quidam ajunt, *tam necessario*, quàm *liberè*) à Catholicis quibusdam Statibus Imperii, subditis suis datæ, validæ & obligatoriæ sint, ex actis & tabulis Publicis Pacificationis Westphalicæ facilè dignosci poterit.

NB.

einem privato zu, den Religions- oder den Westphälischen Frieden authentisch zu erklären: [Ein anders aber ist ein Gesätz- gebende Erklärung, ein anders, wann die Stellen eines Gesätzes oder Vertrags aus der Geschichte, welche dieselbe veranlaßt, und aus den gepflogenen Verhandlungen selbst erhellet werden; dieses ist nirgends untersagt, vielmehr so nutzlich als nöthig.] Also schreibt der Verfasser der Gesätzmässigkeit der Religions-Versicherung des Herrn Erb-Prinzens zu Hessen-Cassel pag. 22. §. 31. Man durchgehe alle Blätter meiner Impressorum, so wird man nichts anders finden, als die Stellen ex Actis und Protocollis, in was vor einem Verstand das Instrumentum Pacis verglichen seye worden. Ob ich nun dardurch etwas gethan, welches durch den §. 50. Art. V. untersagt worden, das überlasse ich anderer Urtheile.

Ob also die Reversales, welche einige Catholische Landes-Herren (dem Vorgeben nach so schuldig, als willig) ihren Protestantischen Unterthanen ertheilt haben, giltig und verbündlich seyen, das kan aus der Geschichte deren Westphälischen Friedens-Handlungen Sonnen-klar erhellet werden. NB. Diese Reversales sind von denen Unterthanen ihren Catholischen Landes-Regenten als **Reichs-Gesätz-mäßig** vorge-

NB. Obtrusæ sunt hujusmodi Reversales Catholicis suis Dominis, à subditis propriis diversæ Religioni addictis, ut eas tanquam Legi Westphalicæ consentaneas, & necessarias subscriberent. Acta autem Publica & historia declarant, quæ Paciscentium mens fuerit. Si Reversales autem istæ huic contrariæ sunt, tunc etiam ipsæ invalidæ dicendæ erunt.

Folia autem à me hactenus Conscripta, nulla ratione, per §. 50. Art. V. vetita dici queunt; imo Ipsis Protestantibus Imperii Statibus lectu utilia, & necessaria sunt; declaratur enim in illis ex Actis & tabulis publicis, quid ipsi Protestantici Imperii Status in negotio Religionis, vi Superioritatis territorialis, disponere valeant, quam potestatem icta dictum *Corpus Evangelicorum* (quidam Legati, Statuum Imperii A. Confessioni Addictorum subditi) coarctare nituntur, ac subditis *Superioritatem quasi Territorialem in negotio Religionis*, contra Dominos ipsos territoriales attribuunt, cùm tamen hæc libertas & potestas soli Superioritati territoriali Status Imperii competat.

Ita

vorgespiegelt, uud also abgenöthiget worden; die Acta und Protocolla aber geben, was in diesem Puncto der Meinung deren Paciscenten **gemäß** seye. Was derselben zuwider, ist ungiltig. In was vor einen Verstand aber, derley Reversales von Sr. Kayserlichen Majestät confirmirt worden, kan ich nicht sagen, steht mir auch solches nicht zu. Meine Schriften können also auf keine Weis vor ungiltig und unerlaubt angesehen werden, sondern vielmehr sind selbe denen höchsten und hohen Protestantischen Reichs-Ständē selbst (also zu sagen) vielmehr **so nutzlich als nöthig;** dann dardurch wird denselben die Regula territorialis oder ihre Territorial-Befugniß in Negotio Religionis Sonnenhell erkläret, welche das sogenannte Corpus Evangelicorum (oder dieser höchsten und hohen Principalen **Untergebene**, die Gesandte) immermehr einzuschräncken trachtet, und denen **Unterthanen** ein Territorial-Recht in negotio Religionis zuleget, da doch solches Jus Reformandi dem Territorial-Recht eines Reichs-Stands allein anklebet.

Dieses so sich nennende Corpus Evangelicorum eignet denen Landsassen und Unterthanen ein Jus prohibitivum in negotio Religionis wider ihren eigenen Territorial-Herrn zu, daß dieser ohne Consensu seiner

Unter-

Ita dictum *Corpus Evangelicorum*, Landsaſſiis, & ſubditis *Jus prohibitivum* attribuit, ne Dominus territorialis absque illorum Conſenſu in negotio Religionis aliquid reformare, aut *Simultaneum* alterius Religionis Exercitium in ſuo territorio introducere valeat.

Scripſi de hoc plura, in *Præfatione* ad *hiſtoriam* de Pacificatione Weſtphalica circa Exercitium Religionis ſubditorum. Moleſtiſſimum accidit ita dicto Corpori Evangelicorum hoc Scriptum, illúdque Domini Legati Proteſtantici ſuis Statibus Imperii Proteſtanticis, tanquam injurioſum, & principiis falſiſſimis repletum denunciarunt. At perſuaderi mihi nunquam patiar, Status Imperii Proteſtanicos talem ſuis Legatis, contra ipſos Dominos proprios Territoriales, concludendi, decernendíque poteſtatem unquam feciſſe.

Neque folia mea, hactenus Impreſſa, tanquam Pacem & quietem turbantia accuſari queunt. *Media Componendæ Pacis*, *& quietis ſtabiliendæ* àb ipſis Paciſcentibus probata, & transacta, Pacis aut qui-

Unterthanen weder etwas reformirn, weder ein Simultaneum alterius Religionis Exercitium in seinen Territorio einführen könnte.

Ich habe von diesen in dem Vorbericht der **Gründlichen Nachrichten** etwas mehrers geschrieben. Das sogenannte Corpus Evangelicorum hat auch wider solches mein Impressum ein gemeinschaftlichen Bericht an dero Principalen eingeschickt. Ich glaube aber nicht, daß die höchste und hohe Principalen alterius Religionis, ihren Untergebenen Gesandten ein solchen Gewalt eingeraumt, daß diese wider ihre Principalen selbsten in Puncto Religionis allerhand höchst præjudicirliche Conclusa machen könnten.

Es können auch meine Impressa auf keine Weis vor Frieden-stöhrerische Schriften ausgeruffen werden. Die Media Compositionis Pacis Westphalicæ sind nicht Frieden-stöhrerisch, sondern Frieden-Stifter. Nun aber habe ich nichts anders ex Actis und Protocollis gezeigt, als was vor Media Componendæ Pacis von denen Paciscentibus utriusque Religionis, verglichen, und vestgesetzt worden. Diejenige sind Frieden-Stöhrer, welche die verglichene Friedens-Puncten, oder die Wort Instru-

quieti Contraria dici nequeunt. Illa autem ego ex Actis & tabulis Publicis tantùm descripsi. Perturbatores Pacis illi dicendi sunt, qui verba Instrumenti Pacis contra Clarissimam, & evidentissimam Paciscentium mentem in alienum sensum pertrahunt.

Catholici Status neque Imperii Status Acatholicos, neque illorum subditos in Negotio Religionis perturbant, aut impediunt. At unicus ita dicti *Corporis Evangelicorum* scopus est, ut non tantùm Catholicorum Imperii Statuum, sed ipsorum Ptopriorum Dominorum Territorialium Protestantium potestatem, & libertatem in hoc negotio, impediant, & restringant, subjectis & subditis, (ex quibus ipsum ita dictum *Corpus Evangelicorum* Ratisbonæ compositum est) contra proprios Dominos *Jus prohibitivum* adscribentes; ita quidem, ut Dominus territorialis cum sua Exercitii Religionis libertate ad Cubiculum quoddam migrare compellatur, ac in territorio suo Exercitium suæ Religionis Publicum agere prohibeatur; Cum tamen ipsi Status Imperii A. Confessioni addicti

menti Pacis wider die unwidersprechliche klare Meinung deren Paciscenten verdrehen, und Unruhe anstiften. Die Catholische machen weder einem Protestantischen Reichs-Stand, weder dessen Unterthanen nicht die mindeste Unruhe in Negotio Religionis; hingegen ist das Haupt-Absehen des sogenannten Corporis Evangelicorum, (einiger Protestantischen Herren Gesandten) sowohl deren Catholischen Reichs-Ständen, als ihrer eigenen hohen Protestantischen Principalen Befugnisse in Negotio Religionis zu beschräncken, und denen Unterthanen beyder Religions-Reichs-Ständen wider ihre Territorial-Herren ein gleiches Territorial-Recht in Religions-Sachen zu zueignen, ja wohl gar den Regenten in ein Zimmer samt seinen Religions-Exercitio einzusperren; da doch die Protestantische Reichs-Stände ihr Haupt-Gravamen puncto bonorum Ecclesiasticorum (welche sie nach den Religions-Frieden erst an sich gezogen, und reformirt, die Catholische aber solches nicht gestatten wolten,) in diesem gegründet haben; daß sie vermög der Territorial-Regul das Exercitium Religionis ihrer Unterthanen in ihren Land anzuordnen befugt wären, und aus diesen Grund solche bona Ecclesiastica reformirt hätten.

cti (qui bona Ecclesiastica primùm post Pacem Religiosam, adhuc plura occuparunt, Reformarunt, cui Reformationi Catholici sese opponebant) ex hoc fundamento Reformationem istam cohonestare, & licitam esse volebant; quòd vi superioritatis territorialis Dominus in suo territorio Exercitium Religionis subditorum reformare valeat.

Nullus Imperii Status in Tractatibus Westphalicis, jus ad Exercitium Publicum Religionis, subditis, invitô Dominô, concedendum esse judicabat. Imo Nobilitati Imperii, & Liberis Imperii Civitatibus jus Reformandi æquale cum aliis Electoribus & Principibus Imperii, in subditos tributum fuit. Quidam tantum subditi, vi prætensæ Declarationis Ferdinandi, à jure Reformandi exempti fuerunt, cùm quidam Ecclesiastici Imperii Status illud se toleraturos fore denique declararint.

Si historia, & Circumstantiæ, de an. 1624 observantia stabilita, benè expendantur; tunc fabula, quæ de hoc anno ita dicto *Normali* luditur, facile detegitur, NB. Si Paciscentes utriusque Religio-

nis,

Kein Reichs-Stand wolte bey denen Friedens-Tractaten denen Unterthanen ein Recht ad Exercitium Religionis wider den Territorial-Herrn zu legen. Sondern sogar der Reichs-Ritterschaft, und denen Reichs-Städten wurde das Jus Reformandi cum aliis Electoribus & Principibus über ihre Unterthanen zuerkannt. Nur für etliche Unterthanen wurde vermög der vorgeblichen Declarationis Ferdinandi das Exercitium Religionis etlichen Catholischen Geistlichen Reichs-Ständen abgepreßt.

Wenn man das so sehr erhobene, und mit falschen Glanz vorgeblendete Entscheid-Jahr (1624.) genau betrachtet, so erkennet man ganz leicht das vorgeblendete Schatten-Spiel. NB. Wenn die Paciscentes utriusque Religionis denen Protestantischen Unterthanen das Religions-Exercitium auf beständig haben versichern wollen, daß solches an **allen** Orten, für **alle** verbleiben mußte, und also die Ruhe ins künftig bevestiget wurde, so wäre der kürzeste Weeg gewesen, sich zu vergleichen, daß kein Reichs-Stand hinführan das Exercitium Religionis deren Unterthanen mehr reformiren solte. Die Herren Protestanten redeten ja, unter sich, von denen Fällen: daß nemlich ein Protestantisches Land an einen Catholischen Lands-Herrn legitimo successionis

nis, Exercitium ſubditorum *antea habitum* firmare, & ſecurum redere volebant; illudque OMNIBUS ſubditis, & in OMNI locô Permanere debere, ſtatuere intendebant, ut ſic quies & tranquilitas per Imperium Stabiliri poſſet; tum utique facillimum, & promptiſſimum remedium fuiſſet, paciſci, ne deinceps ullus Imperii Status ExercitiumReligionis ſubditorum, qui illo antea uſi fuiſſent, reformaret. Proteſtantes in conſeſſibus ſuis tunc inſtitutis, clariſſimis verbis de Caſibus iſtis diſcurrebant: NB. Quòd Provincia adverſæ Religionis Catholico Imperii Statui legitimo ſucceſſionis titulo obvenire,, quòd Dominus Territorialis àb adverſa ad Catholicam Religionẽ tranſire poſſet. Numquid præſentiſſimum medium pro ſtabiliendo horum ſubditorum Exercitio iſtud fuiſſet, paciſci, ne talis Dominus Exercitium horum ſubditorum reformaret?

Ad quid anni 1624 obſervantiâ, pro ſtabilienda horum, & OMNIUM aliorum ſubditorum, in OMNIBUS locis opus erat? Quid obſtabat, ne absque ullo reſpectu ad hujus anni 1624 obſervantiam, ſubditis OMNIBUS Exercitium

titulo gelangen könnte, oder, daß ein Protestantischer Regent zu Catholischen Religion übertretten möchte; es wäre also das geschwindeste Mittel gewesen, sich zu vergleichen, daß das Jus Reformandi Exercitium Religionis subditorum nimmermehr platz haben solte.

Warumen solle dann nur das 1624ste Jahr bestimmet worden seyn; daß **allen** Unterthanen, an **allen** Orten, nach dieser Jahrs-Observance das Exercitium Religionis verbleiben mußte? warumen wolte man sich dann nicht vergleichen, daß es verbleiben solte, ohne dieses Jahrs Observance darzu zu bestimmen?

Haben vielleicht die Catholische sich nicht also vergleichen wollen? Freylich nicht. Die Herren Protestanten verlangten es aber auch nicht aus einen **Recht**, oder **Beschwerd**-**weiß**; sondern sie **bitteten**, wann es seyn könnte. Hingegen forderten sie **aus einen Recht**, vor etliche Unterthanen das Exercitium publicum, und dieses Recht gründeten sie in der vorgeblichen Declaratione Ferdinandi, wordurch etliche Unterthanen Geistlicher Landes-Herrn von dem Jure Reformandi sollen befreyet seyn worden. Dieses ware ihr einziges Fundament, sonst hatten sie keines, wie ihre eigene Wort lauten. (b)

(b) Tom. III. Act. P. W. pag. 243.

um antea habitum ſtabiliretur, ne dein Domini territoriales illud reformare poſſent?

